70. G. Fr. Hildebrandt *Lehrbuch der Anatomie des Menschen 2ter Band. Braunschweig 1789. 8. S. 26.*

Nonnulla in vniuersum super bursis mucosis. In musculorum singulorum descriptione plurimum musculorum bursae descriptae sunt.

Etwas im allgemeinen über die Schleimsäcke. Bei den Beschreibungen der einzelnen Muskeln, sind an manchen die ihnen zugehörigen Schleimsäcke beschrieben.

71. J. C. Jäger *Beiträge zur Erläuterung der Entstehungsursachen und der Heilarten des Gliedschwammes nach eigenen Erfahrungen. Frankfurt am Mayn 1789. 8.*

72. De vsu glandularum suprarenalium in animalibus, nec non de origine adipis disquisitio anatomico-philosophica. Copenhag. 1790. 4. (auctore N. Riegels).

Perhibetur adeps in glandulis secerni et ductibus peculiaribus excretoriis ad alias partes adduci; hosque ductus ideo tantum Mercurio repleti non posse, quia in mortuo homine obstruantur adipe coacto. Ita v. c. glandulam suprarenalem organum secretorium esse adipis eius, qui renem eiusque peluim circumdet.

Das Fett werde in Drüsen abgesondert und durch besondere ausführende Gänge an andere Theile geführt. Diese Fettführenden Gänge könnten bloß deshalb nicht mit Quecksilber angefüllt werden, weil sie nach dem Tode durch das geronnene Fett verstopft würden. So sei zum Beispiel die Nebenniere ein Absonderungsorgan desjenigen Fettes, welches die Niere und das Nierenbecken umgiebt.

73. C. M. KOCH de morbis bursarum tendinum mucosarum. Lips. 1790. 4.

74. S. Th. Sömmerring *vom Baue des menschlichen Körpers. 3ter Theil. Muskellehre. Frankfurt am Mayn 1791. 8.*

Nonnullas nondum antea visas in capite bursas mucosas describit, cum, qui ante eum de bursis scripserant, pedum tantummodo bursas cognitatas haberent.

Beschreibt einige neue Schleimsäcke am Kopfe, da seine Vorgänger solche Theile nur an den Extremitäten kannten.

75. Journal de Chirurgie par Mr. *Desault*. Tom. 2. à Paris 1791.

76. *I. L. Fischers Anweisung zur praktischen Zergliederungskunst*. Leipz. 1791. 8. S. 159.

Cap. XVIII. de bursis mucosis musculorum et articulorum. Plena illo quidem tempore et absoluta bursarum mucosarum in corpore humano enumeratio.

Achtzehendes Kapitel von den an den Muskeln und Gelenken befindlichen Schleimsäcken. Ein damals vollständiges Verzeichniß aller Schleimsäcke des menschlichen Körpers.

77. Acta regiae Societatis medicae Hauniensis. Vol. III. Haun. 1792. p. 421.

De tumoribus articulorum.

Von Gelenkgeschwülsten.

78. *K. K. Siebold's chirurgisches Tagebuch*. Nürnberg 1792. 8. mit 6 Kupfert. S. 82.

De gangliis.

Von Ueberbeinen.

79. F. E. GERLACH praesid. Nuernbergero de bursis tendinum mucosis in capite et collo reperiundis. c. tabul. aeneis. Viteberg. 1793. 4.

Hic primus inter germanicos scriptores bursarum mucosarum icones exhibuit, easque elegantissimas.

Der erste deutsche Schriftsteller, welcher Abbildungen von Schleimsäcken gegeben hat, und zwar Abbildungen von ausnehmender Zierlichkeit.

80. EDUARD HOME Transactions of a Society for the improvement of Medical and surgical Knowledge. Lond. 1793. p. 229.

De fango genu articulari.

Vom Knieschwamm.

81. *Anatomische Tafeln zur Beförderung der Kenntniß des menschlichen Körpers gesammelt und herausgegeben von Dr. I. Chr. Loder*. Weimar 1794. Fol.

Bursae mucosae quaelibet hactenus detectae fusa, et plures primae, in hoc opere depictae sunt.

Alle bisher entdeckten Schleimsäcke sind ausführlich und mehrere zuerst hier abgebildet.

82. Observations on the Disease of the Hip - Joint; to which are added some Remarks on the white Swellings of the Knee etc. by EDWARD FORD. London 1794. Sect. VI. Hunc libr. germ. vert. D. F. C. Michaelis. Lips. 1795.

83. I. I. PLENCK primae lineae anatomes edit. 4ta. Vienn. 1794. 8.

In eo libro plena et absoluta enumeratio est bursarum omnium mucosarum corporis humani, et plures observationes novae: sic v. c. commemorata bursa sterno-hyoidei est.

Enthält ein vollständiges Verzeichniß aller Schleimsäcke des menschlichen Körpers und mehrere neue Bemerkungen, z. B. den Schleimbalg unter dem Niederzieher des Zungenbeines.

84. *Chr. M. Kochs Untersuchung des natürlichen Baues und der Krankheiten der Schleimbeutel*. Aus dem Lateinischen mit einigen Anmerkungen. Nürnberg u. Altdorf 1795. 8.

Huius versionis auctor jure opinatur plures forsitan esse capitis collique musculis bursis mucosis instructos, praecipue autem tendines musculorum, qui ad os hyoideum pertinent, et ossiculorum auditus, et diaphragma. Recens detectorum in notis diligens vsus factus est.

Der Uebersetzer zuerst S. 13. die gegründete Vermuthung, daß wohl mehrere Kopf- und Halsmuskeln mit Schleimbeuteln versehen sein dürften, besonders aber, die Sehnen der Muskeln des Zungenbeines und der Gehörknochen, wie auch der Zwergmuskel. Die neueren Entdeckungen sind in den Anmerkungen fleißig benutzt.

85. *J. J. Plenck's Hygrologie des menschlichen Körpers*. Wien 1795. 8. Seit. 137. 134. Dasselbe Buch mit Anmerkungen von Davidson und einer Vorrede von Hermbstädt. Berlin 1797. 8.

De partibus, quibus constat humor in vaginis tendinum: synoviae articularum investigatio.

Bestandtheile des Saftes in den Scheiden der Sehnen: und Untersuchung des Gelenksaftes.

86. I. C. G. T. HERWIG Dissertat. inaugural. medico - chirurgica de morbis bursarum mucosarum. Götting. 1795. 4.

Etiam, qua ratione bursarum mucosarum morbis mendendum sit, expositum in hoc libello est.

Auch das Heilverfahren bei den Krankheiten der Schleimsäcke ist hier angegeben.

87. G. F. BIERMANN Praesid. *Gabr. Heilmann* Dissert. inaug. de corporibus iuxta articulos mobilibus, cum subiuncta observatione. Wurzeb. 1796. 4.

88. W. R. C. Wiedemann *Handbuch der Anatomie*. Braunschweig 1796.

Pleraque bursae mucosae accurate secundum situm descriptae sunt.

Die meisten Schleimsäcke sind genau nach ihrer Lage beschrieben.

89. *Physiologische Untersuchungen von D. Th. G. A. Roose*. Braunschweig 1796. 8. S. 94.

De secretione adipis. Atque hic quidem negat glandulas adipis, nuper a Geil. HESTERO commendatas, ab vilo anatomico visas fuisse. Stans aegrotus adipem colligi in his locis ait, quibus sano statu nullus sit; glandulas ergo, si ita esset, primum creari oportere. Forsitan paruos esse quosdam meatus simplices, ad latera ex articularum parietibus secedentes, in quibus, sanguine lentius ad latera accedente, oleosorum humorum fiat accumulatio.

Ueber die Absonderung des Fettes. Die Fettdrüsen, die in neuern Zeiten Will. Hunter geltend zu machen gesucht habe, seien von niemanden gesehen worden. Es häufe sich im krankhaften Zustande Fett an solchen Orten an, wo im gesunden Zustande keines vorhanden sei, da müßten also diese Drüsen erst erzeugt werden. Vielleicht gäbe es kleine einfache Gänge, die seitwärts aus den Wänden der Arterien abgelenken, in welchen bei langsamerer Seitenbewegung des Blutes die Ansammlung üblicher Feuchtigkeiten geschehe.

90. D. G. Chr. Conradi *Stadtphysikus in Nordheim*, *Handbuch der pathologischen Anatomie*. Hannover 1796. 8.

Nonnulla de inflammatione et abscessibus bursarum mucosarum.

Einiges von Entzündung und Abscessen der Schleimbälge.

91. *Elémens de Myologie et de Syndesmologie par THOMAS LAUTH*. 1. Vol. Basle et Paris 1798. 8.

In eo libro, quae iam de bursis mucosis innotuerunt, bene exposita sunt.

Des bekannte über die Schleimsäcke ist hier gut vortragen.

SECTIO SECUNDA.

OBSERVATIONES GENERALES SUPER BURSIS MUCOSIS ET HUMORE IN IIS CONTENTO.

Corpus animale ita aptissime institutum esse animaduertimus, vt neque tritu, neque rerum externarum pulsu corporis organa laedantur. Namque et sensuum instrumenta, et ossium iuncturae, tum caua corporis quaeque, et canales, et receptacula, et ipsa integumenta externa humore lubrico instructa sunt, qui, quo actuosiores cunctarum illarum partium motus sunt, hoc effunditur vberius. Facile autem intelligitur, musculos, vt ad motum saepissime cientur et plurimum valent, ita etiam a tritu tutissimos esse debere. Quorum profecto neque flexibilitas, neque libera ab impedimentis mobilitas diu duraret, nisi aut adipis puluinaribus, aut membranarum humidis lubricisque circumdarentur. Pluribus autem locis humore proprio opus erat musculorum tendinibus, cuius ope in muneribus suis peragendis, quemadmodum ope synouiae ossa, neque humiditate, neque lubricitate destituerentur.

Huiusmodi et comparatur humor et seruatur in peculiaribus receptaculis membranaceis, quae tum a forma, tum a materia, quam includunt, bursae mucosae, vesicae vnguinosae, mucosae tendinum capsulae, siue capsulae tendinum articulares vocatae sunt.

Bursae mucosae formam ac speciem maiorum minorumue, rotundorum vel ovalium saccorum habent, qui membrana clausa effinguntur, proximeque aut tendinibus, aut capsulis articularibus adhaerent. Possunt autem ista humoris, tendines muscu-

ZWEITER ABSCHNITT.

Allgemeine Bemerkungen über die Schleimsäcke und die in ihnen enthaltene Flüssigkeit.

In ganzen thierischen Körper erblicken wir überall die zweckmäßigsten Anstalten zur Verhinderung der Reibung und zum Schutz der Organe gegen die gewaltsamere Einwirkung äußerer Gegenstände. Die Sinneswerkzeuge, die Knochenvergliederungen, alle Höhlen, Kanäle und Behältnisse des Körpers, selbst die äußeren Bedeckungen, sind mit einer schlüpfrigen Feuchtigkeit versehen, die sich desto reichlicher ergießt, je thätiger die Bewegungen aller dieser Theile vor sich gehen. Es läßt sich leicht

denken, daß die Muskeln bei ihrer so häufig veranlaßten und so großen Wirksamkeit ganz vorzüglich vor aller Reibung gesichert sein werden. In der That würde ihre Biegsamkeit, und ihre freie, ungehinderte Beweglichkeit nicht fortdauernd sein, wenn sie nicht entweder auf Polstern von Fett, oder mit feuchten schlüpfrigen Häuten umgeben wären. An mehreren Stellen aber bedurften die Sehnen der Muskeln einer eigenen Feuchtigkeit, vermittelt welcher sie bei ihren Bewegungen, so wie die Knochen vom Gelenksaft, befeuchtet und schlüpfrig erhalten werden könnten.

Eine solche Feuchtigkeit wird in besondern häutigen Behältnissen abgesondert und aufbewahrt, welche man nach ihrer Form und dem in ihnen enthaltenen Stoffe Schleimsäcke, Schleimbeutel, Schleimbläschen oder Schleimbehälter für die Muskelsehnen nennt.

Die Schleimsäcke stellen ihrer Figur nach bald kleinere bald größere, runde oder länglichrunde geschlos-

lorum lubricantis, receptacula, prout figura, structura et adhaesione differunt, in duo genera diuidi. Alterum eorum est, quorum forma ad rotundam magis accedit, quaeque vnum tantummodo tangunt latus tendinis, vel tendinum, quibus inseruiunt. Atque haec quidem bursarum mucosarum vesicularium nomine nobis insigniuntur. Alterum genus est eorum, quae cylindrica magis sunt, et tendinis vnus vel plurium partem, vaginae instar, quouis latere cingunt. Quae receptacula vocantur bursae mucosae vaginales, siue vaginae mucosae.

Singularum autem, quae in hoc duplici genere comprehenduntur, bursarum mucosarum cum omnino rationem, tum situm atque adhaesionem separatim spectabimus. Prius vero ea afferenda sunt, quae cunctis bursis mucosis communia sunt.

Iam in pueris recens natis tendines musculorum instructi bursis mucosis sunt, quae quidem, pro aetate, maiores, quam aduultorum, sed minus sibi forma locoque constantes, et numerosiores sunt. Itaque bursarum mucosarum peruestigatio faciliori opera in cadaueribus juniorum instituitur; quippe in quibus nondum firmiter aliis partibus bursae adhaeserint.

Bursae mucosae plerumque in iis musculis sunt, qui circum os tanquam super trochlea vitro citroque mouentur, vel in iis, qui insigni longitudine sunt et ad magnos motus adhibentur. Quorum cum plerique articularum regionibus adhaereant: etiam bursae mucosae in articularum sedibus numerosissimae reperiuntur.

Quidam musculi pluribus bursis instructi sunt, vt in principiis ac finibus, vel in interna externaque tendinum superficie. Plerumque tamen singulis tendinibus singulae bursae sunt.

Pleraque hactenus inuentae bursae constanter adsunt, atque in quibuslibet cadaueribus locis iisdem reperiuntur. Mutabiles nonnullae sunt et saepe prorsus desunt. Interdum fit vt loco vnus bursae plures adsint, aut plurium sedem vna, eaque maior, occupet.

ne häutige Säcke vor, die zunächst an die Sehnen oder Gelenkkapseln befestiget sind. Nach ihrer Figur, Structur und Befestigung kann man diese Behälter für die zur Schlüpfrigmachung der Muskelsehnen bestimmte Feuchtigkeit, in zweyerley Arten unterscheiden.

Manche Schleimsäcke haben eine rundlichere Gestalt, und sind mit einer oder mehreren Sehnen, für die sie bestimmt sind, nur an einer Fläche der Sehne in Verbindung. Diese wollen wir mit dem Namen Schleimbälge bezeichnen.

Andere Schleimsäcke sind mehr cylindrisch und umgeben ein Stück von einer oder mehreren Sehnen von allen Seiten, gleich einer Scheide, diese nennt man scheidenartige Schleimbeutel; Schleimscheiden.

Wir wollen jede Art von Schleimsäcken nach ihrer Lage, Befestigung und ganzen Beschaffenheit, besonders untersuchen; vorher aber werde ich noch dasjenige anführen, was allen Schleimsäcken gemein ist.

Man findet schon beim neugebohrnen Kinde Schleim-

säcke für die Muskelsehnen, und sie sind hier im Verhältniß größer als beim Erwachsenen, aber auch unbestimmter, veränderlicher und zahlreicher. Die Untersuchung der Schleimsäcke ist daher leichter an den Leichnamen junger Personen vorzunehmen, weil sie hier noch nicht so fest mit andern Theilen verwachsen sind.

Die Schleimsäcke sind meistens an denjenigen Muskeln vorhanden, die an dem Knochen, wie über eine Rolle hin und her bewegt werden, oder an solchen, die eine beträchtliche Länge haben, und zu großen Bewegungen bestimmt sind. Da sich solche Muskeln größtentheils in der Gegend der Gelenke anfügen; so sind auch die Schleimsäcke am zahlreichsten in der Gegend der Gelenke wahrzunehmen.

Manche Muskeln sind mit mehreren Schleimsäcken versehen, z. B. an ihrer obern und an ihrer untern Extremität; an der inneren und an der äußeren Fläche ihrer Sehnen. Am häufigsten ist es, daß nur ein Schleimsack für eine Sehne bestimmt ist.

Bursae mucosae omnes propria, modo teneriore, modo firmiore, semper autem pellucida, tenui et vasculosa membrana constant. Cuius quidem superficies exterior plerumque etiam cellulosa tenera circumdatur, vel per textum cellulose vicinis partibus alligatur. Nonnullis autem locis externae huius superficiei pars aut tendinibus, aut ossibus, aut membranae cartilagineae, aut capsulis articularibus arctissime concreta est. Adipis denique maior minorue copia semper cellulose telam bursis mucosis circumiectam replet.

Praeter vasa et adducentis et abducentis generis sanguifera, quae clarissime in bursa cuiuslibet mucosae membrana cernere licet, vasa quoque resorbentia huic membranae addita esse summa probabilitate ponitur; certe dubium non est, si quando bursarum humor nimius sit, eum imminui, quin penitus deleri posse. Scilicet in capsulis quoque articularibus, quarum summa est cum bursis mucosis et similitudo et congruentia, vera detexerunt vasa sorbentia.

Nequaquam autem ramuli neruorum in ipsa membrana apparuerunt bursarum mucosarum, quippe quae sensus signa nulla, nisi irritatae inflammataeque produunt; quin tunc quoque magis videntur expansione sua molestiam vicinis partibus afferre, quam ipsae dolere.

In bursis quibusque mucosis membranae superficies interior laevis et lubrica est humore vnguinoso, qui spatium bursarum internum implet. Humor iste colorem flavescens et rubicundum habet, et vnguinosi olei crassitudinem; similis ouorum albumini. Et cum plane eiusdem naturae, quam synovia, sit: eum synoviae bursarum nomine appellabo.

Huius bursarum synoviae partes mucosae forsitan, aut, quemadmodum in capsulis articularibus fit, e folliculis peculiaribus secernuntur, qui tamen in bursis mucosis nondum distincte observati sunt, aut inter partes serosas exhalationibus mi-

Die meisten bis jetzt entdeckten Schleimsäcke, sind beständig und werden in jedem Leichnam an einer und derselben Stelle gefunden. Mehrere sind veränderlich und fehlen oft ganz. Bisweilen geschieht es, daß statt eines Schleimsackes mehrere vorhanden sind; oder, daß statt mehrerer kleineren, ein größerer gefunden wird.

Die Schleimsäcke bestehen insgesamt aus einer eigenen bald zarteren, bald festeren, immer aber durchscheinenden und feinen gefäßreichen Haut. Die äußere Fläche derselben ist meistens noch mit einer zarten Zellhaut umgeben oder durch Zellstoff an benachbarte Theile befestigt. An mehreren Stellen aber ist ein Theil dieser äußeren Fläche sehr genau mit Sehnen, mit Knochen oder Knorpelhaute, oder mit Gelenkkapseln verwachsen. Fett befindet sich in größerer oder geringerer Menge immer in dem den Schleimsack umgebenden Zellstoffe.

Außer den zu- und abführenden ganz deutlich sichtbaren Blutgefäßen in der Haut des Schleimsackes, lassen sich mit Gewisheit auch einsaugende Gefäße vermuthen; wenigstens ist es zuverlässig, daß die Feuchtigkeit der Schleimsäcke, wenn sie in zu großer Menge angehäuft

ist, verringert werden; ja daß sie beinahe ganz verschwinden kann. Auch hat man in den Gelenkkapseln, welche so viele Aehnlichkeit und Uebereinstimmung mit den Schleimsäcken zeigen, wirkliche Saugadern gesehen.

Nervenästchen hat man in der eigentlichen Haut der Schleimsäcke nicht gesehen. Empfindlichkeit äußern sie nur im gereizten und entzündeten Zustande, und in diesem könnte der Schmerz vielleicht mehr von dem Drucke herrühren, den die ausgedehnten Schleimsäcke auf benachbarte Theile äußern.

Die innere Fläche der Haut ist in allen Schleimsäcken glatt und schlüpfrig; von der schmierigen Feuchtigkeit, welche den innern Raum ausfüllt. Diese Feuchtigkeit ist von gelblicher röthlicher Farbe und schleimig-öhliger Konsistenz, dem Eiweiß ähnelnd und völlig von derselben Beschaffenheit als die Gelenkschmiere, weswegen ich sie mit dem Namen Sehnenchmiere bezeichnen werde.

Die schleimigen Theile der Sehnenchmiere werden vielleicht, so wie in den Gelenkkapseln von eigenen kleinen Balgdrüsen, die man jedoch in den Schleimsäcken

nutissimarum arteriarum emittuntur. Oleosas autem particulas a tendinibus puto exprimi ex adipe, semper in vicinia bursarum mucosarum aut extrinsecus circa eas, aut intus collocato. Sed de hoc quidem paullo serius dicemus.

Quae MONROUS de synovia bursarum experimenta instituerit, ea infra, sectione sexta conferri possunt. In synoviam bursarum ex cadaueribus humanis depromptam FOURCROIUS tum iam inquisiuit, tum eam chemicae operae amplius se subiecturum esse promisit. Atque hic quidem tam articularum quam bursarum synoviam aqua facile comiseri posse ait, cui coloris albi aliquid tribuant; deinde vtramque aqua feruida cogi, et fila, albuminis ad instar, referre; porro per syrupum violarum viridi vtramque colore tingi, et tum ignis vi tum acidis adhibitis condensari congelarique.

KOCHTUS humores ex diuersis corporis humani aut brutorum bursis mucosis collectos, tum colore, tum crassitudine, tum vi lubricante satis inter se discrepare vidit. Etiam diuersam esse synoviam animaduertit bursarum earundem e diuersis cadaueribus depromptam. Namque in bursis minoribus, nec validiori pressui obnoxiiis, albidior humor erat, et tenuior, et liquidior tactuque minus vnguinosus; qualem humorem in bursa mucosa sub tendine musculi pectoralis magni et maioris teretis obseruauit. Crassio rem autem ac tenaciorem inuenit synoviam in bursis maioribus ad articulos, genu praesertim, et sub Achillis tendine collocatis; quippe quarum humor in fila satis longa extendi poterat et rubicundior copiosiorque erat.

Quodsi guttis illis paucis, quae e bursis tenuiorem humorem continentibus colligi poterant, acidum sulphureum fortius, et spiritus vini rectificatissimus, qui vocatur, affundebantur, tritis inter se hisce liquidis, leuis nubecula aut fila albida apparebant; similiter vero tractatae synoviae crassioris ac tenacioris pars fere duodecima in massam non pellucidam congelabat.

noch nicht ganz deutlich gesehen hat, abgesondert, oder sie kommen mit den wäſſrigen Theilen aus den feinsten aushauchenden Endungen der Pulsadern. Die öhligen Theile werden, wie ich vermuthete, durch den Druck der Sehnen, aus dem immer in der Nachbarschaft der Schleimsäcke an ihrem äußern Umfange oder in ihrem innern Raume befindlichen Fette, von welchem weiter unten die Rede seyn wird, ausgepreßt.

MONRO's Versuche mit der Sehnenschmiere kann man unten im sechsten Abschnitte nachlesen. FOURCROY hat dieselbe aus menschlichen Leichnamen untersucht, aber eine genauere chemische Zergliederung dieses Stoffes versprochen. Er sagt: die Gelenkschmiere und Sehnenschmiere wären leicht mit dem Wasser vermischbar und färbten dasselbe etwas weißlich, im siedenden Wasser gerinnen sie und bilden sich wie Eiweiß zu Fäden; durch Veilchensyrup werden sie grün gefärbt, und das Feuer sowohl als die Säuren verdichten sie und machen sie gerinnen.

KOCH fand die aus verschiedenen Schleimsäcken des nämlichen Menschen- oder Thierkörpers gesammelte Feuchtigkeit, sowohl in ihrer Farbe, als in der Konsistenz und schlüpfrihmachenden Eigenschaft ziemlich ver-

schieden: auch bei der Sehnenschmiere, die aus einerlei Schleimsäcken, aber von verschiedenen Leichnamen genommen war, bemerkte er einen Unterschied. Denn in den kleineren und einer starken Pressung nicht ausgesetzten Schleimsäcken war der Saft weißer, dünner, flüssiger und weniger schmierig anzufühlen, wie er an der in dem Schleimbalg und an der Sehne des großen Brustmuskels und des großen runden Armmuskels enthaltenen Feuchtigkeit wahrnahm.

Dicker und zäher fand er die Schmiere in den größeren an den Gelenken, besonders am Knie und unter der Achillessehne liegenden Schleimbälgen; denn hier liefs sie sich in ziemlich lange Fäden ziehen, hatte eine röthlichere Farbe und war in beträchtlicher Menge vorhanden.

Wenn er zu den wenigen Tropfen, die aus den einen dünneren Saft enthaltenden Schleimbälgen gesammelt werden konnten, Vitriolöl und höchst gereinigten Weingeist goß, so erschien beim Untereinanderreiben der ganzen Masse, eine leichte kaum bemerkbare Wolke oder weißliche Fäden; wenn aber die dickere und zähere Schmiere auf dieselbe Art behandelt wurde, so gerann beinahe der zwölfte Theil zu einer undurchsichtigen Masse.

Bursarum et articularum synoviam ex equo et boue et sue detractam KOCHUS eo tantum differre vidit, quod materia ad congelandum apta minor in equi et suis, quam in bouis humoribus esset.

Bursarum mucosarum cum capsulis articularibus a MONROO instituta comparatio sectione sexta continetur. Nunc, quae sit bursarum et vesicularium et vaginalium natura et structura, accuratius inuestigabimus.

Die Sehenschmiere und Gelenkschmiere aus dem Pferde, dem Ochsen und dem Schweine, fand Koch nur in so ferne etwas verschieden, daß diese Säfte bei dem Pferde und Schweine weniger gerinnbare Materie zeigten, als bei dem Ochsen.

Die von Monro angestellte Vergleichung der Schleimsäcke mit den Gelenkkapseln ist im sechsten Abschnitte zu lesen. Wir wollen nun die Schleimbälge und die Schleimscheiden nach ihrer Beschaffenheit und Structur genauer untersuchen.



SECTIO TERTIA.

DE BURSIS MUCOSIS VESICULARIBUS.

Bursae vesiculares vni tantummodo parti tendinum, aliquo eorum latere, adhaerent; plerumque bursis vaginalibus breuiiores sunt; forma vesiculari, ovali aut rotunda; et patefactae manifesto cauum vel vesiculam ostendunt.

Harum partium et inuestigatio et inuentio non admodum difficilis est. Musculi bursam vesicularem habentis caro a vicinis partibus separatur, ac tendine a partibus quibuscunque adiacentibus sciungendo, cursus eius vsque ad sedem bursae inuestigatur. Summa autem circumspectione tunc agendum est, cum cellulosus textus, aut membranae proxime regionem bursae contingentes, separantur. Quo facto si per parvam incisuram aut aër bursae immittitur, aut liquor, congelans facile, iniicitur: tota bursae amplitudo conspicitur. Saepe succedit, vt bursa, vna cum humore, quem continet, illaesa excidatur.

Maxima bursarum copia reperitur in articulo humeri, et cubiti, et femoris, et genu. Plerumque tales tendines bursis mucosis instructi sunt, qui, cum proxime aut ossa, aut cartilagines, aut alios tendines motu suo tangant, ne tritu laedantur, humore lubricante egent. Aliae bursae tendinibus quasi trochlearum instar sunt, super quibus moueantur tendines. Sic institutum est in circumflexo palati, in obturatore interno, inque iliaco interno. (Tab. II. 3. Tab. VIII. R. Tab. VII. W.)

DRITTER ABSCHNITT.

Bemerkungen über die Schleimbälge insbesondere.

Die Schleimbälge hängen nur einem Theile der Sehne an einer Fläche derselben an; sind größtentheils weniger lang als die Schleimschneiden; haben eine blasenähnliche, eirunde oder runde Gestalt; und zeigen, wenn man sie eröffnet, eine deutliche Höhle oder Blase.

Die Untersuchung und Auffindung dieser Organe ist nicht sonderlich schwierig. Man trennt an einem Muskel, welcher mit einem Schleimbalg versehen ist, das Muskelfleisch von den benachbarten Theilen los, und sucht die Sehne bis zum Sitz des Schleimbalg zu verfolgen, indem man sie von allen umliegenden Theilen absondert. Besondere Vorsicht ist dabei nöthig, wenn man an der

Stelle, wo sich der Schleimbalg befindet, das Zellgewebe und die anliegenden Häute trennt. Ist dieses aber geschehen, so kann man durch einen kleinen Einschnitt in den Schleimbalg Luft einblasen, oder eine schnell gerinnende Flüssigkeit einfüllen; alsdann erblickt man ihn in seiner völligen Ausdehnung. Oefters gelingt es, daß man einen Schleimbalg mit seiner in ihm enthaltenen Flüssigkeit unverletzt heraustrennen kann.

Am zahlreichsten sind die Schleimbälge in den Gegenden des Oberarmgelenkes, Ellbogengelenkes, Schenkelgelenkes und Kniegelenkes. Gewöhnlich sind an solchen Sehnen Schleimbälge angebracht, die dicht an Knochen, Knorpeln oder andern Sehnen hingezogen werden und hier zur Verhinderung der Reibung eine schlüpfrigmachende Feuchtigkeit nöthig haben. Andere Schleimbälge dienen den Sehnen gleichsam zu Rollen, worüber sie gezogen werden. Dieses ist der Fall beim Gannenspanner, beim innern Schenkelroller und bei dem innern Darmbeinmuskel. (Tabul. II. 3. Tabul. VIII. R. Tab. VII. W.)

Raro vbi musculi in partes duas, pluresue diuiduntur, inter eas bursae sunt; sunt tamen in massetere' (Tab. II. 1. 2.) et in terete maiori.

Plerumque bursae superficiei internae tendinum, prope eorum insertionem, adhaerent. Sunt tamen quae etiam superficiei externae adhaerent: veluti bursa mucosa, quae extremis tendinibus musculi supraspinati et infraspinati incumbit.

Interdum bursa vna pluribus tendinibus adnexa est: vt v. c. bursa inter psoam maiorem atque iliacum internum. (Tab. VII. W.)

Plures bursae proxime sub tendinibus et capsulis articularibus sunt: v. g. bursa inter musculum tricipitem brachii et articulum cubiti. (Tab. VI. fig. 1. H.)

Occurrunt etiam bursae iis locis, quibus vnum os ad alterum mouetur: v. c. vbi processus coracoideus scapulae ad clauiculam iacet. (Tab. III. L.)

Quo loco apophysis ossis alicuius in capsula articulari mouetur, vt ne partes istae terantur, bursa mucosa interiecta est. Cuiusmodi v. c. inter acromium scapulae est et ligamentum capsulare articuli humeri. (Tab. III. m.)

Interdum minor bursa in cauo maioris alicuius inclusa est. Quod saepe fit in ea bursa, quae est inter musculum semitendinosum et caput internum gastrocnemii. (Tab. X. fig. II. L. M.)

Hic illic videntur bursae mucosae inter partes, quibus adiacent, vt cunei, adactae esse. Maxime eae, quae tendinibus duobus interiectae sunt.

Contra aliae bursae firmiter copulatae sunt ossibus, vel cartilaginibus, vel ligamentis, quam tendinibus, quibus inseruiunt.

Sunt inter bursas mucosas nonnullae, quarum membrana tam firmiter adglutinata est tendini eo loco, vbi tendo adhaeret, vt nisi aut bursa rupta, aut tendine, auelli nequeant.

Saepe in bursis mucosis circa articulos sitis accidit, vt in cauum articulare aut

Selten befinden sich innerhalb des Muskels, da, wo er sich in eine oder mehrere Portionen theilt, Schleimbälge, doch geschieht dies, beim Kaumuskel (Tab. II. 1. 2.) und beim großen runden Armmuskel.

Meistens hängen die Schleimbälge der innern Fläche einer Sehne nahe an ihrer Insertion an. Doch giebt es auch Schleimbälge, die der äußeren Fläche der Sehne anhängen, wie zum Beispiel der Schleimbalg, welcher an den Sehnenendigungen vom Ober- und Untergrätmuskel des Schulterblattes liegt.

Zuweilen steht ein Schleimbalg mit mehreren Sehnen in Verbindung, wie z. B. der Schleimbalg zwischen dem großen runden Lendenmuskel und dem innern Darmbeinmuskel. (Tab. VII. W.)

Mehrere Schleimbälge liegen unmittelbar zwischen Sehnen und Gelenkbändern z. B. der Schleimbalg zwischen dem dreiköpfigen Armmuskel und dem Ellbogengelenke. (Tab. VI. fig. 1. H.)

Auch an solchen Stellen, wo ein Knochen an dem andern bewegt wird, kommen Schleimbälge vor, so z. B. da, wo der Hackenfortsatz des Schulterblattes am Schlüsselbeine liegt. (Tab. III. L.)

Wo ein Knochenfortsatz auf einem Gelenkbande spielt, ist zur Verhinderung der Reibung ein Schleimbalg angebracht; ein solcher liegt zwischen der Schulterhöhe und dem Kapselbände des Schultergelenkes. (Tab. III. m.)

Jezuweilen ist ein kleinerer Schleimbalg in der Höhle eines größern befindlich, dieses ist öfters der Fall in dem zwischen dem halbhautigen Muskel und dem innern Kopf des Wadenmuskels liegenden Schleimbalg. (Tab. X. fig. 2. L. M.)

Hier und da scheinen die Schleimbälge zwischen die Theile, an welchen sie liegen, gleichsam nur eingeschoben zu sein, besonders gilt dieses von denen, die zwischen zwei Sehnen liegen.

Dagegen hängen andere Schleimbälge fester an Knochen, Knorpeln oder Bändern, als an ihren Sehnen.

Manche Schleimbälge sind mit ihrer eigenthümlichen Haut so fest an die Sehne, da, wo sie sich anfügt, verwachsen, daß sie ohne die Substanz eines von beiden, des Schleimbalgens oder der Sehne zu verletzen, nicht getrennt werden können.

Bei den um die Gelenke herumliegenden Schleimbälgen ist es oft der Fall, daß sie durch eine oder meh-

vno aditu, aut pluribus pateant. Et hoc quidem in iuniori aetate non minus, quam in prouectiori inuenitur. Saepe tamen in senibus tritu et bursa hiat et vicina capsulae articularis pars, ita vt praeter naturam ex vno cauo in alterum introitus sit; quo quidem nulla ratione partium istarum functiones turbantur. (Tab. XIII. fig. 1. H. K. fig. 2. A. B. fig. 3. F. G.)

Bursae nonnullae tum sibi inuicem, tum cauis articularibus tam prope contiguae sunt, vt vel naturae bursis in bursas, et ex his in caua articularia commeatus reperiantur.

Quae de bursarum mucosarum membrana generatim dicta sunt, ea de bursarum vesicularium quoque membrana speciatim valent; quae tamen in his densior est, et difficilius rumpit, quam in bursis vaginalibus; quin interdum ad structuram tendinosam accedit et cum tendinum fibris stricte contexitur.

Vbi in musculis secandis ad tendinem ventum est, cui bursa mucosa subiacet, eam vno latere cum tendinibus, ex aduersa autem parte cum aliis partibus subiectis, velut ossibus, cartilaginibus, aut aliis tendinibus arcte nexam inueniemus, reliquam autem bursae partem per meram cellulosam cum partibus prope iacentibus laxè coniunctam. Atque his locis remissior bursa apparet, motoque tendini facile cedit.

Cum propria bursarum mucosarum membrana tam firmiter, tamque arcte adhaereat partibus iis, quarum solidior structura est, vt ossium, et cartilaginum et ligamentorum: opinio fuit eas originem debere membranae aut ossium, aut cartilaginum, aut capsularum articularium; et sane quidem structura eius membranae, e qua bursae mucosae conflatae sunt, multis modis conuenit cum partium illarum natura.

Qui propriae bursarum mucosarum membranae originem in variis illis membranis quaesierunt, illius membranae constructionem effinxerunt hoc fere modo. Etenim vbicunque aliqua illarum membranarum ad formandam bursam extendatur, parte,

rere, bald kleinere, bald größere Oeffnungen mit der Gelenkhöhle in Verbindung stehen. Man findet das bei jungen und älteren Subiecten, bei Alten entsteht aber öfters durch Reibung eine Oeffnung in dem Schleimbalge und dem benachbarten Theile der Gelenkkapsel, so daß ein widernatürlicher Uebergang von einer Höhle in die andere zum Vorschein kommt, wodurch aber keineswegs die Verrichtungen gestört werden. (Tab. XIII. fig. 1. H. K. fig. 2. A. B. fig. 3. F. G.)

Manche Schleimbalge liegen so genau aneinander und an den Gelenkhöhlen, daß schon von Natur aus einem in den andern, und aus diesem wieder in die Gelenkhöhlen Oeffnungen statt finden.

Was von der Haut der Schleimsäcke im Allgemeinen gesagt worden ist, das gilt auch von der Haut der Schleimbalge insbesondere, doch ist sie bei diesen dichter und nicht so leicht zerreibbar, als bei den Schleimscheiden, in bisweilen nähert sie sich dem Sehnen und hängt dicht an den Sehnen an.

Wenn man bei der Zergliederung der Muskeln auf eine Sehne, unter welcher ein Schleimbalg liegt, kommt; so wird man bemerken, daß derselbe auf der einen Seite an den Sehnen; auf der entgegengesetzten Seite aber an

andern dahinter liegenden Theilen, als an Knochen, Knorpeln, Bändern oder andern Sehnen genau anhängt; an seinem ganzen übrigen Umfange ist er nur durch Zellstoff mit den naheliegenden Theilen locker verbunden, und hier erscheint er schlaff und der Bewegung der Sehne sehr leicht nachgebend.

Da die eigentliche Haut der Schleimbalge mit Theilen von festerer Bauart, dergleichen die Knochen, die Knorpel und die Bänder sind, so fest und gedrängt zusammenhängt; so hat man vermuthet, daß sie der Knochenhaut, Knorpelhaul, oder der Haut der Gelenkkapseln ihren Ursprung zu verdanken habe, auch kommt in der That die Structur der Haut des Schleimbalges in vielem Betracht mit der Beschaffenheit der genannten Häute überein.

Diesemigen, welche den Ursprung der eigenthümlichen Haut des Schleimbalges aus diesen verschiedenen Häuten angenommen haben, stellen sich die Entstehungsart auf folgende Weise vor: da, wo sich eine der gedachten Häute zur Bildung eines Schleimbalges ausbreitet, verläßt sie den Theil, den sie eigentlich überzieht, dehnt sich nach allen Seiten aus, und hängt sich, weiter und breiter geworden, an die Sehne an, so daß sie einen

cuius obducendae causa adsit, relicta, quaqua versus eam expandi, amplioremque factam ac latiore ita tendini sese copulare, vt saccum paruum referat, quo pars aliqua superficiei ossium, vel cartilaginum, vel ligamentorum capsularium tendinumue contineatur atque ambiatur. Et hac quidem ratione eas maxime bursas conformari aiunt, quae inter os, cuius e membrana natae sint, atque inter tendines resideant: et hic saepe etiam laminam cartilagineam vel membranam densam inter ossis tabulam et cutem bursae interpositam esse. Eandem denique dicunt rationem esse earum bursarum, quae cartilaginibus, ligamentisque adfixae sint.

Igitur, si ea explicatio, in qua Kochium ducem sequuti sumus, a veritate non abhorret: ita, puto, mente atque cogitatione effingenda est saccorum membranaceorum generatio, vt membranae quaelibet, illorum quasi genetrices, ad procreandas bursas ex vno tantummodo puncto prodeuntes expandantur. Saccos enim huiusmodi aliter oriri posse non video. Quodsi secus esset, parietes caui eius, quo synouia continetur, ex ipso osse, vel cartilagine, vel ligamento articulari existerent. Quod non fit; neque enim vllam vnquam inueniemus in bursa mucosa partem aut ossis, aut cartilaginis, aut ligamenti articularis, membrana istarum partium propria non obtectam. Etiam, si caute agas, in plerisque bursis mucosis fieri poterit, vt integrae et illaesae partium vicinarum nexu soluantur, quamuis saepe cum illis, perpetuo tendinis pressu, artissime concreuerint.

FOURCROIXUS arbitratus est membranam bursarum mucosarum propriam, quam solvere non semper ei contigisset, plerumque ex iis partibus oriri, in quas inserantur tendines: fieri tamen posse vt interdum ex ipsis tendinibus quasi euoluta in partes vicinas transmigret, intexaturque. Vidit enim bursarum ad tendinum insertionem positarum membranam propriam vtrique tendinis margini tam firmiter adhaerere, vt, nisi laeso tendine ipso, dirimi bursa mucosa nequiret, quin vno latere in fibras tendinis

Heinen Sack vorstellt, in welchem ein Theil der Oberfläche eines Knochens, Knorpels oder Kapselbandes und der Sehne enthalten; und gleichsam eingefasst ist. Auf diese Art werden vorzüglich diejenigen Schleimbälge gebildet, welche zwischen dem Knochen, von dessen Haut sie entstanden sind, und den Sehnen ihren Sitz haben, hier ist oft noch ein Knorpelplättchen oder eine feste Membran zwischen die Knochensubstanz und die Haut des Schleimbalgcs eingelegt. Eben so verhält es sich auch mit denjenigen Schleimbälgen, welche an Knorpeln oder Bändern anhängen.

Wenn diese angeführte und nach Koch vorgetragene Erklärungsart die richtige ist; so müßte man sich wohl vorstellen, daß die Ausdehnung einer von jenen ursprünglichen Häuten zur Bildung eines Schleimbalgcs bloß von einem Punkte aus geschehe, denn auf keine andere Art, kann nach meiner Einsicht ein vollkommener häutiger Sack zu Stande kommen, vielmehr würde eine Wand der Hohlheit, in welcher die Sehnenschmiere aufbehalten ist, unmittelbar vom Knochen, Knorpel oder einem Gelenkbande gebildet werden, welches jedoch der Fall nicht ist,

da man in einem Schleimbalgce nie eine Stelle des Knochens, Knorpels oder Gelenkbandes finden wird, die nicht mit der diesen Theilen eigenen Haut bedeckt wäre. Auch ist es doch immer, wenn man alle Vorsicht anwendet, bei den meisten Schleimbälgen möglich, sie ganz und unverletzt von den anliegenden Häuten zu trennen, obgleich sie mit denselben durch die beständige Pressung der Sehne oft sehr genau verwachsen sind.

Fourcroy hält dafür, daß die eigenthümliche Haut des Schleimbalgcs, weil es ihm nicht immer gelang, sie loszutrennen, meistens von den Theilen ihren Ursprung habe, an welche sich die Sehnen einpflanzen; hier und da werde sie aber doch wohl aus der Substanz der Sehnen selbst fortgepflanzt und den benachbarten Theilen anhängt. Denn er sah an Schleimbälgen, welche an der Insertion der Sehnen lagen; daß ihre eigenthümliche Haut, den beiden Rändern der Sehne mit einer Festigkeit anhängt, die es unmöglich machte, den Schleimbalg, ohne die Substanz der Sehne zu verletzen, loszutrennen, vielmehr lief sie auf der einen Seite in die Fasern der Sehne fort, und auf der andern war sie mit der Knochenhaut

abibat, altero plane cum periostio confusa erat et commixta, reliqua autem parte iis, quae vicina essent, non nisi laxo vinculo iungebatur.

Quodsi eiusmodi partium membranosarum originem vere ex aliarum membranarum continuatione deriuari liceret: ex iis quae ego circa hanc rem experimenta institui, iure meo viderer mihi colligere membranam bursarum mucosarum propriam proficisci e membrana vel musculorum vel tendinum. Huius membranae, qua muscoli cuncti atque tendines vestiuntur, ita prorsus eadem conditio est cum tenera bursarum mucosarum membrana, vt vix aliquid discriminis inter vtramque reperiatur. Etiam ipsa musculorum membrana, etsi non admodum largiter, imbuta est humore vel vapore, carnem omnem musculosam, fibrasque carniū singulas inungente. Atque haec quidem membrana quomodo possit aliquo tendinis loco ac plerumque ad terminum tendinis, saccum gignere: id quidem, in illa membranae musculosae facultate varias induendi formas, celluloaque natura, explicare non foret difficile. Densiores autem eam fieri, quibus locis plurimum comprimatur, firmiter adhærere debere partibus iis, a quibus et contra quas perpetuo prematur, res ipsa docet. Arcta autem illa copulatio, quae saepe inter membranam bursae mucosae propriam atque fibras tendineas animaduertitur, facillime inde explicari potest, quod membrana muscosa, quae bursam efficit, fibras musculorum tendinūque singulas amplectitur, vel inter eas interseritur.

Nunc spatium bursarum mucosarum internum diligentius perlustrabimus. Atque synouiam eo contineri, quae internam membranae superficiem laeuem, lubricamque reddit, id quidem iam supra dictum est. At plura in membrana bursarum atque intra bursas apparent idcirco notatu dignissima, quia, vt mox docebitur, apparatus in iis discernendae synouiae plerique collocarunt.

Interdum membrana bursarum superficie interna densior fit per textum tendi-

verschmolzen, an den übrigen Flächen aber, den naheliegenden Theilen nur locker anhängig.

Wenn die Entstehung solcher häutigen Theile wirklich aus der Fortsetzung von andern Häuten erklärt werden dürfte, so würde ich mich nach den Untersuchungen, welche ich über diesen Gegenstand angestellt habe, für berechtigt halten, zu glauben, daß die eigenthümliche Haut der Schleimbälge ihre Entstehung der Muskelhaut oder Sehnenhaut zu verdanken hat. Diese Haut, mit welcher alle Muskeln und Sehnen bekleidet sind, zeigt die genaueste Uebereinstimmung mit der zarten Haut der Schleimbälge, und es läßt sich wohl schwerlich eine deutliche Gränze zwischen beiden Häuten darthun. Auch enthält schon die Muskelhaut, wiewohl in geringerer Menge, einen schlüpfrigmachenden Saft oder Dunst für den ganzen Muskelkörper und seine einzelnen Fasern. Wie sie an einer Stelle der Sehne, und zwar meistens da, wo letztere aufhört, einen Sack bilden kann, das ließe sich bei der Fähigkeit, welche die Muskelhaut besitzt, allerlei Formen anzunehmen, und bei ihrer ursprünglich zelligen Struktur leicht erklären. Daß sie da, wo der

meiste Druck ist, sich mehr verdichtet, und den Theilen, von denen sie, und gegen welche sie beständig gepreßt wird, fester anhängt, ergiebt sich aus der Natur der Sache. Die genaue Verbindung, welche man oft mit der eigenthümlichen Haut des Schleimbalges und mit den Sehnenfasern wahrnimmt, läßt sich sehr gut erklären, wenn man bedenkt, daß die Muskelhaut, welche den Schleimbalg hervorbringt, sich um die einzelnen Fasern der Muskeln und Sehnen herumschlägt, oder zwischen selbige einfügt.

Nun wollen wir den innern Raum der Schleimbälge genauer untersuchen. Daß er die Sehnen-schmiere enthält, wovon die innere Fläche der Haut glatt und schlüpfrig erscheint, ist schon oben angezeigt worden. Allein es ergeben sich an der Haut des Schleimbalges und innerhalb demselben noch verschiedene Erscheinungen, die um so mehr Aufmerksamkeit verdienen, da sie von den Schriftstellern, wie man aus dem Verfolge sehen wird, größtentheils für Anstalten zur Absonderung der Sehnen-schmiere angesehen worden sind.

Zuweilen sieht man die Haut des Schleimbalges an ihrer innern Fläche durch ein netzartiges sehniges Gewebe

neum, retis in formam constructum, atque arcte cum membrana ipsa concretum. Nonnumquam hoc textum e quibusdam quasi funiculis constat, tendineae naturae speciem habentibus, qui transuersis viis inter se discurrunt membranamque hic illic firmiorem reddunt. Saepe funiculi isti, taeniolarum similes non in texto tantum membranae sunt, sed per medium quoque bursarum cauum expanduntur, ita, vt eorum textura, vt iam monuit LANCKIUS, comparari possit filis iis, quibus trabeculae cordis carnae et inter se et cum ventriculorum cordis parietibus nexae sunt.

Quamuis saepe eiusmodi fila siue fasciolae repertae sint, non sunt tamen necessaria, quippe quae in multis bursis plane desint, neque vumquam stabilem speciem formamque seruent. Ita KOCHUS in bursa mucosa sub tendine muscoli pectoralis maioris filum ramosum obseruauit, quod e tendine natum radice simplici, ad internam bursae superficiem pluribus ramis pergeret. Creduntur ista fila ad tendinem bursae alligandum vasaque e tendine in bursam perducenda instituta esse. Cui commoditati vt inseruiant, tamen id casu fit, cum, quam parum necessariae hae partes sint, earum et inconstantia et absentia arguat.

Porro intra bursas mucosas inueniuntur continuationes membranaceae et implicationes. Hae, a membrana bursarum progenitae, ex prominente dupliciter membrana atque denuo in vnam coeunte compinguntur. KOCHUS eas cum ligamentis ad valvulam coli vel frenulo linguae comparat. Huiusmodi magnam plicam vidit in ea bursa, quae intus inter radicem processus ad scapulam coracoidei, et ligamentum articulare humeri sita est: similesque minores plicas inuenit in compluribus aliis bursis mucosis. Ac cum inter has fibras a membrana profectas praecipuam vnguinis illius copiam deprehenderet, eas putauit maxime eam ob causam vtilitate non carere, quia forsitan humori in bursis secreto moram longiorem concederent. Praeterea hunc certe vsum habent, vt superficiei mucum in bursa secernentis amplitudinem augeant.

verstärkt, welches dicht in die Haut selbst verwachsen ist, öfters sind es nur einzelne, dem Anscheine nach sehnige Streifen, die einander in mancherlei Richtungen durchkreuzen und der Haut an einigen Stellen mehrere Festigkeit geben. Öfters sind diese bandartigen Streifen nicht blos in der Haut selbst verwebt, sondern sie erscheinen in der Höhle des Schleimbalgens frei ausgespannt, so daß ihr Gewebe, wie schon Jancsó angeführt hat, mit den Fäden verglichen werden kann, wodurch die Fleischsäulen des Herzens untereinander und mit den Wänden der Herzkammern verbunden sind.

So oft auch dergleichen Fäden oder Bändchen gefunden werden, so sind sie doch keineswegs wesentlich, vielmehr fehlen sie in vielen Schleimbälgen gänzlich, und jedesmal erscheinen sie anders und in verschiedenen Gestalten: so hat Koch in dem Schleimbalg unter der Sehne des großen Brustmuskels einen mit Aesten versehenen Faden wahrgenommen, welcher aus der Sehne mit einer einfachen Wurzel entsprang, und sich mit mehreren Zweigen an die innere Fläche des Schleimbalgens fortsetzte. Man glaubt, daß diese Bändchen zur Befestigung der Sehne an den Schleimbalg und zur Leitung der Gefäße aus der Sehne in den Schleimbalg bestimmt seien. Wenn

sie auch wirklich den Nutzen haben, so ist dieser doch nur zufällig, und die Unbeständigkeit dieser Theile selbst oder ihr gänzlicher Mangel bei vielen Subjecten beweiset, wie wenig sie nothwendig sind.

Ferner findet man innerhalb der Schleimbälge häutige Fortsätze oder Zusammenfaltungen: sie werden von der Haut des Schleimbalgens hervorgebracht, und bestehen aus hervorragenden Verdoppelungen derselben. Koch vergleicht sie mit den Bändern an der Grimmdarmklappe oder mit dem Zungenbändchen: er sah eine große Falte dieser Art, in dem Schleimbalg, welcher zwischen dem innern Theile der Wurzel des Schulterhackens und dem Kapselbände des Oberarmbeines seinen Sitz hat, dergleichen kleinere Falten fand er in verschiedenen andern Schleimbälgen. Da er zwischen diesen häutigen Fortsätzen jenen schmierigen Saft besonders häufig angesammelt fand, so hält er es für sehr wahrscheinlich, daß sie vorzüglich deshalb nicht ohne Nutzen wären, weil sie vielleicht der in den Schleimbälgen abgesonderten Feuchtigkeit einen längern Aufenthalt verstatteten: überdies aber haben sie gewiß den Vortheil, daß durch sie die Größe der absondernden Oberfläche innerhalb des Schleimbalgens vermehrt wird.

Magna autem cum diligentia merito perscrutanda sunt adipis glomerula, quae cum in multis bursis, tum in maioribus praecipue adsunt, et quorum rationem ac finem perquam accurate et ingeniose MONROUS perquisiuit. (Vid. sect. VI.) Ea adipis glomerula sic velata sunt membrana bursae propria, quemadmodum abdominis viscera peritonaeo inuoluuntur. Nempe externa membranae superficies tam arcte completur ab omni latere tale glomerulum adiposum, vt, obuersa sua superficie externa, ei integumento sit. Atque ea membranae pars, quae huiusmodi glomer adiposum circumdat, praeprimis vasculosa est. Ad totius autem massae ambitum productiones fimbriosae apparent, quas ductus excretorios putant humoris vnguinosi, quem dubium non est pressu modico e fimbriis extorqueri posse. Mihi quidem videntur istae prolongationes, tum structurae, tum functionis ratione, cum nulla corporis parte aptius comparari posse, quam cum appendicibus intestini crassi adiposis. Quae quidem haud dubie id commodi tubo intestinali praestant, vt in magnis expansionibus, quibus saepe obnoxius est, atque in contractionibus et agitationibus validis lubricus semper seruetur. Namque his ipsis intestini motibus, vt ego arbitror, vnguen ex appendicibus adiposis exprimitur pressuque ipsae appendices prolongantur. Haec ideo tantum dico, quod persuasum mihi est similiter etiam bursarum vnguen presso tractoque tendine super adipem, ex adipe extorqueri, porisque oculorum aciem effugientibus e membrana, glomeri adiposo circumiecta, effundi in cauum bursarum. Etiam mihi videntur fimbriae existere pressis glomeribus adiposis, quae fimbriis hisce stipata sunt. Has enim in genuinorum ductuum excretorios numero habere prohibemur, cum in finibus ora eorum nondum perspicue obseruata sint.

Et sane quidem peculiaria eiusmodi adipis glomerula neque semper, neque in omnibus bursis vesicularibus reperiuntur; in vaginalibus autem aut nunquam, aut per raro. Quid? quod KOCHTUS obseruat se in cadauere emaciato adipis glomerula non

Besondere Aufmerksamkeit verdienen die in vielen vorzüglich den größern Schleimbälgen vorhandenen Fettklumpchen, deren Beschaffenheit und Endzweck MOURO (siehe den 6ten Abschnitt) sehr genau und scharfsinnig untersucht hat. Diese Fettklumpchen sind mit der eigentlichen Haut des Schleimbalges so umkleidet, wie die Eingeweide des Unterleibes vom Bauchfelle. Die Haut des Schleimbalges mit ihrer äußern Fläche dem Fettklumpchen zugekehrt, umfaßt nemlich dasselbe von allen Seiten genau. Der Theil der Haut, welcher ein solches Klumpchen umgiebt, ist ganz besonders gefäßreich. Am Umfange der ganzen Masse erscheinen franzenartige Verlängerungen, welche für Ausführungsgänge einer fettigöhligen Feuchtigkeit gehalten werden, die man auch wirklich durch einen mäßigen Druck auf die Franzen aus ihnen herauspressen kann. Wie ich glaube, sind diese Verlängerungen sowohl ihrer Structur, als ihrer Bestimmung nach, mit nichts zweckmäßiger zu vergleichen als mit den Fetthanhängen der dicken Gedärme. Unstreitig haben diese für den Darm den Vortheil, daß er bei den großen Ausdehnungen, die er oftmals erleiden muß, und bei

seinen kräftigen Zusammenziehungen und Bewegungen immer schlüpfrig erhalten wird; denn eben durch die Wirkungen des Darms wird, wie ich mir vorstelle, ein öhliges Wesen aus den Fetthanhängen gepreßt, und sie selbst durch dieses Pressen immer mehr verlängert. Ich führe dieses bloß deswegen hier an, weil ich überzeugt bin, daß auf ähnliche Art, das öhliges Wesen in dem Schleimbalge durch den Druck der Sehne und ihr Ziehen über die Fettmasse, aus derselben herausgepreßt und durch unsichtbare Poren der die Fettmasse umgebenden Haut in die Höhle des Schleimbalges ergossen wird. Auch glaube ich, daß die Franzen der Pressung auf den Fettkörper, an dessen Umfange sie erscheinen, ihre Entstehung zu verdanken haben; denn für wahre Ausführungsgänge kann man sie doch nicht halten, da noch keine deutlichen Mündungen an ihren Enden wahrgenommen worden sind.

Allerdings findet man solche abgesonderte Fettklumpchen nicht beständig und in allen Schleimbälgen; in den Schleimscheiden aber nie oder höchst selten. Ja Koch bemerkt, daß er bei einem ausgemergelten Leichname nur

nisi in bursa mucosa sub articulo genu, atque in ea, quae sub tendine Achillis est, inuenisse, caeteras autem in hoc cadauere bursas mucosas prorsus vacuas adipe fuisse. Sed etsi multum abest vt velim de huius obseruationis veritate dubitare: non videtur tamen mihi satis probare adipe bursas mucosas carere sine incommodo posse. Videtur enim quam maxime desiderari adeps ad vnguinosam naturam humoris, qui in bursis mucosis atque articulis est. Atque articuli quidem perraro penitus destituti erunt prominentibus, quae descripsimus, adipis glomeribus. In vtriusque autem generis receptaculis perdifficile foret vel e macerrimis corporibus exemplum proferre, in quo non inueniretur certe aliquid adipis, quod aut extrinsecus capsulam articulare bursamue mucosam ambiret, aut cellulosam has partes inuoluentem expleret. Sufficere vel hunc quoque extrinsecus cumulatam adipem existimo ad tantum vnguinis, tendinis tritu, exprimentum, quantum opus est ad idoneam conditionem synouiae, quae in his partibus continetur. Sed etiamsi compluribus locis corporum macie prorsus extenuatorum penitus abesset adeps: tamen adipem non magis quam alia organa, quae emaciato corpore detrimentum capiunt, abesse posse existimandum est.

Glandulas aut folliculos mucosos vere in bursis mucosis reperiri mea quidem obseruatione non habeo compertum. Tales enim in solis articulis cernere mihi licuit. Quare eiusmodi in bursis vesicularibus organa omnino non exstare, praesertim cum ab aliis statuatur anatomicis, negare non ausim: certe non possum mihi temperare quin similitudinem esse putem inter folliculos mucosos et vnguinosos, qui sunt v. c. in cute. Forsitan organa ista sola magnitudine differunt. Supra vidimus a vero non alienum esse, bursas mucosas e musculari membrana nasci, quam scimus esse continuationem communis textus cellulosi, formantis sine dubio membranam folliculorum vnguinosorum. Itaque folliculos vnguinosos pariter atque mucosos adeps omnibus parti-

in dem Schleimbalg unter dem Kniegelenke und in demjenigen unter der Achillsehne Fettklumpchen gefunden habe, und dafs bei diesem Subiecte alle übrigen Schleimsäcke von Fett ganz leer gewesen wären. Allein ohne die Richtigkeit dieser Beobachtung im Geringsten bezweifeln zu wollen, kann ich doch nicht läugnen, dafs sie mir zu wenig beweisend für die Entbehrlichkeit des Fettes bei den Schleimsäcken ist. Das Fett scheint zu sehr Bedingung für die schleimigöhlige Beschaffenheit der Flüssigkeit in den Schleimsäcken und Gelenken zu sein, und in den letzteren wird man wohl selten, auf die beschriebene Art, hervorragende Fettklumpchen ganz vermissen. Bei beiderlei Behältern aber möchte es wohl schwer sein, ein Beispiel aufzuweisen, wo nicht wenigstens etwas Fett, sei es auch bei dem ausgemergeltosten Körper, am aufseren Umfange der Gelenkkapsel oder des Schleimsackes, und in dem diese Theile umfassenden Zellstoffe vorhanden gewesen wäre. Schon aus diesem äußerlich angehäuftten Fette, löst sich, wie ich glaube, so viel öhliges Wesen durch den Druck der Sehnen auspressen, als für die in den erwähnten Theilen enthaltene Schmiere nöthig ist, um ihr die gehörige Beschaffenheit zu geben. Sollte

aber auch in ganz abgemagerten Körpern an mehreren Stellen das Fett ganz fehlen, so dürfte man wohl deshalb das Fett so wenig für entbehrlich halten, als andere Organe, die bei der Abmagerung des Körpers leiden.

Das Dasein wirklicher Schleimdrüsen oder Bälge in den Schleimsäcken kann ich nicht durch eigene Erfahrung bestätigen. Ich konnte dergleichen nur in den Gelenkhöhlen beobachten: deshalb wage ich nicht, die Existenz solcher Organe in den Schleimbälgen zu läugnen, besonders da sie von andern Zergliederern angenommen wird, denn ich vermag nicht die Vorstellung von der Aehnlichkeit zu unterdrücken, die zwischen den Schleimbälgen und den Schmierbälgen z. B. in der Haut statt findet. Vielleicht sind beide Organe nur der Gröfse nach von einander unterschieden. Wir haben oben gesehen, dafs wahrscheinlich die Schleimbälge aus der Muskelhaut entstanden sind, und wir wissen, dafs diese eine Fortsetzung der allgemeinen Zellhaut ist, die unstreitig auch die Haut der Schmierbälge bildet. So wie der Schleimbalg von Fett umgeben ist, so umhüllt auch die Schmierbälge von allen Seiten die nehmliche Substanz. Aber auch in der Figur nicht nur; sondern in der Beschaffenheit der ent-

ous cingit; neque figura tantum, sed etiam humorum, quos includunt, ratione, modoque eo, quo humores isti secernuntur, vtriusque generis organa consentiunt, solaque magnitudine discrepant.

FOURCROIUS et post eum KOCHUS alium amplius apparatus describunt, quem secretionis ergo putant institutum esse. Filamenta mucosa sunt, siue corpora mollia mucosa, ex interna bursarum mucosarum membrana orta, quae in superficie tendinum et terminantur et distribuuntur. In gelatinae fere speciem formatae sunt, et primo intuitu flocculos tenaces, mucosos referunt, quos si accuratius perquiras, membranulae tenerrimae apparent, a FOURCROIO cum vitreo humore oculi comparatae. Videtur enim in membranaceo inuolucro mucus crassus comprehendi et per ductum aliquem excretorium in superficie tendinis deponi. Huius structurae exempla in bursa mucosa musculi teretis maioris et in pectoralis maioris bursa in conspectum prodire. Eiusmodi flocculos mucosos vidit KOCHUS per totum tendinem in capite interno breuiore musculi bicipitis brachii, cuius omnem superficiem externam hic illic glomerula mucii crassa inter tendinem ac membranam tendinis, membrana valde tenui obducta obsidebant, licet hoc loco ne vna quidem bursa mucosa inueniretur. Et KOCHUS, in adumbranda corpusculorum istorum specie, inde, inquit, hic quidem apparatus non vnarum gratia bursarum mucosarum videtur institutus esse, sed vbiunque demum validus continuusque tendinum motus talia poscit adminicula, inueniri. Simile quidem aliquid etiam IANCIUS in musculo quadrato femoris inuenit: sed tam raro occurrunt tum filamenta, de quibus diximus, mucosa, tum folliculi, qui interdum ex iis dependent, vt vix quidquam aliud quam consuetae structurae mutationes iure dici videantur. Forsitan flocculi illi sunt insolitae vasorum tenerorum exhalantium prolongationes; quae autem ex iis vesiculae pendent, sunt distentae vasorum istorum membranae; probabile enim est produci huiusmodi extensiones obstructis canalium huiusmodi angustorum oribus.

haltenen Flüssigkeit und der Art, wie sie darinn abgesondert wird; in allem bis auf die verschiedene Größe stimmen beide Arten von Behältern vollkommen mit einander überein.

Fourcroy und nach ihm Koch, beschreiben noch andere Gegenstände innerhalb der Schleimsäcke, welche sie für abgesonderde Werkzeuge halten. Dieses sind schleimige Fäden, oder weiche schleimige Körper, die von der innern Haut des Schleimbalges entstehen, sich auf der Oberfläche der Sehne endigen, und in dieselbe ausbreiten. Sie haben ziemlich das Ansehen einer Gallerte und stellen auf den ersten Anblick zähe schleimige Flocken dar; wenn man sie aber genauer untersucht, so lassen sich sehr zarte Häutchen in ihnen unterscheiden, welche Fourcroy mit der Haut der gläsernen Feuchtigkeit im Auge vergleicht. Es scheint, als wenn ein dicker Schleim in einer häutigen Hülle enthalten wäre, welcher durch irgend einen Ausführungsgang auf die Oberfläche der Sehne übertragen würde. Beispiele von dieser Bauart hat man in dem Schleimbalg des großen runden Armmuskels und in dem des großen Brustmuskels gesehen. Koch sah dergleichen Schleimflocken längst der ganzen Sehne des

innern kürzeren Kopfes vom zweibüchigen Armmuskel, auf dessen äußerer Oberfläche hier und da dicke mit einer sehr dünnen Haut überzogene Schleimklümpchen zwischen der Sehne und der Sehnhaut lagen, ohnerachtet an dieser Stelle kein einziger Schleimbeutel zugegen war. In dieser Rücksicht, sagt Koch bei Beschreibung dieser Körper, gewinnt es das Ansehen, daß diese Vorrichtung nicht blos zu den Schleimsäcken gehöre, sondern auch anderwärts, wo eine starke und wiederholte Bewegung der Sehnen solche Hülfsmittel nöthig macht, vorgefunden werde. Etwas Aehnliches hat zwar auch Jenck am viereckigen Schenkelmuskel gefunden, allein sowohl die beschriebenen schleimigen Fäden, als die Beutelchen, welche bisweilen an ihnen hängen, kommen so selten vor, daß man sie wohl schwerlich mit Grund für etwas anderes als eine Abweichung im Baue halten darf. Vielleicht sind die Flocken ungewöhnliche Verlängerungen der zarten aushauchenden Gefäße, und die daran hängenden Bläschen, Ausdehnungen der Häute solcher Gefäße; wahrscheinlich können solche Ausdehnungen entstehen, wenn die Mündungen solcher engen Kanäle verstopft sind.

SECTIO QUARTA.

DE BURSAE MUCOSAE VAGINALIBUS.

Frequentissime omnium bursae vaginales in tendinibus extensorum flexorumque in manu ac pede apparent; multo rarius in aliis tendinibus, aut in caeterorum articulorum regionibus.

Bursae vaginales vesicularibus longiores sunt et forma magis cylindrica. Eae tendines recipiunt vaginalium in modum, ita ut partem tendinis laxè omnibus partibus circumdent, arceantque a tactu ossium, et cartilagineum et ligamentorum, quae post tendines sunt, partiumque earum, quae ad latera supra tendines iacent.

Longi praecipue tendines, currentes prope ossa aut alios tendines, bursis vaginalibus involuti sunt, ita ut ad has vnae bursas lubricandorum tendinum munus delatum esse videatur. Etenim quovis latere multo maiori parti tendinum prospiciunt, cum bursae vesiculares vna tantummodo superficie parvam tendinum particulam excipiant, cui trochleae quasi vices agant, aut, quo loco fixi tendines sunt, ibi humidos eos lubricosque reddant.

Plerumque bursae vaginales sunt intra vaginas tendineas, quae tendines musculorum extensorum flexorumque in manu pedequè amplectuntur.

Ad bursas vaginales peruestigandas primum vagina tendinea, splendens densaque, incisura longiore caute aperienda est. Quo facto bursa vaginalis apparet. Cu-

VIERTER ABSCHNITT.

Bemerkungen über die Schleimscheiden insbesondere.

Am häufigsten erscheinen die Schleimscheiden an den Sehnen der Ausstreckmuskeln und Beugemuskeln der Hand und des Fußes; weit spärlicher an andern Sehnen oder in der Gegend der übrigen Gelenke.

Die Schleimscheiden sind länger als die Schleimbälge und haben eine mehr cylindrische Figur. Sie nehmen die Muskelsehnen scheidenartig in sich auf, so daß sie ein Stück der Sehne von allen Seiten frei umgeben und dasselbe von der unmittelbaren Berührung, der hinter der Sehne liegenden Knochen, Knorpel und Bänder, und der zu den Seiten oberhalb der Sehne befindlichen Theile ausschließen.

Vorzüglich sind lange, an Knochen oder Sehnen hinlaufende Flechten in Schleimscheiden gehüllt, so daß man ihnen ausschließend das Geschäft der Schlüpfrigmachung der Sehnen zuschreiben dürfte. Sie versorgen ein weit größeres Stück der Sehne; und zwar von allen Seiten, da die Schleimbälge nur an einer Fläche ein kleineres Stück der Sehne aufnehmen, um für dasselbe gleichsam eine Rolle abzugeben, oder es nur an seiner Befestigung feucht und schlüpfrig zu machen.

Meistentheils liegen die Schleimscheiden innerhalb der sehnigen Scheiden, von welchen die Sehnen der Ausstreck- oder Beugemuskel an der Hand und an dem Fuße umgeben sind.

Um die Schleimscheiden zu untersuchen, muß man zuerst die dicke glänzende Sehnenscheide durch einen länglichen Schnitt behutsam öffnen: ist dieses geschehen, so kommt die Schleimscheide zum Vorschein, die aber, wenn man sie in ihrer völligen Ausdehnung sehen will, gleichfalls durch einen kleinen Schnitt geöffnet und aufgeblasen werden muß, wo sie dann als ein länglicher

ius si totam amplitudinem cernere lubet, parua incisione aperienda inflandaque est, quae tunc longum, teneraque membrana instructum, saccum refert, in quo libere omnibus partibus tendo fluctuat.

Externa bursarum vaginalium superficies interna vaginarum tendinearum, quibus ambitur, superficiei, aliisque partibus adiacentibus per cellulosa, modo laxius, modo firmiter nectitur.

Nonnullis locis vel duo vel plures tendines bursa vaginali vna communiter excipiuntur, ita tamen, vt saepe inter vtrumque tendinem septum tenerum et tenue inveniatur.

Sicubi duo vel plures tendines in vna communi bursa vaginali sunt, sed vterius progredientes a se inuicem secedunt, inque varias directiones abeunt: communis illa bursa vaginalis in ramos diuiditur, quorum singuli singulos tendines inuoluunt. Tale exemplum in musculis manus pedisque flexoribus et extensoribus in promptu est.

Vario modo bursae vaginales inter se copulantur. Ita *Fourcroy* prominentes membranas, e diuersis lamellis constantes, vidit, quibus bursae vaginales inter se nexae erant. Quoties ille plures tendines obseruauit in sulcis ossium lamina cartilaginea obductis iuxta se positos, toties plures quoque vicissim sese excipientes bursas vaginales animaduertit, sic quidem, vt pluribus tendinibus communis vna bursa vaginalis esset, intra quam rursus singuli tendines singulis vaginis includerentur.

Interdum inter singulam aliquam bursam vaginalem spatiumque internum bursae vaginalis communis plures bursae conspiciuntur, quibus duo pluresue tendines continentur, et quae, mutato cursu ab illis secedunt, iuxta quas antea positae erant. Atque hi tendines, relicta prima via, inuoluti in communi bursa vaginali, aliquamdiu iuxta sese progrediuntur, vsque tum singuli tendines diuersam viam eligant, velati singulis ramis diuisae illius, quae communis antea cunctis tendinibus fuerat, bursae vaginalis. Hac

zarthäutiger Sack erscheint, in welchem die Sehne von allen Seiten frei schwebt.

Die äußere Hautfläche der Schleimscheiden ist mit der innern Fläche der sie umgebenden Sehnscheiden oder andern zunächst liegenden Theilen durch Zellstoff, bald lockerer, bald fester verbunden.

An einigen Stellen werden zwei oder mehrere Sehnen in eine gemeinschaftliche Schleimscheide aufgenommen, jedoch so, daß öfters zwischen jeder Sehne eine zarte dünne Scheidewand vorhanden ist.

Wo zwei oder mehrere Sehnen in einer gemeinschaftlichen Schleimscheide neben einander liegen: in ihrem weiteren Fortgange aber auseinander weichen und verschiedene Richtungen nehmen: da theilt sich die gemeinschaftliche Schleimscheide in Äeste und umgibt jede Sehne einzeln, so wie sie sich von der andern trennt. Ein solches Beispiel kann man an den Ausstreckemuskeln und Beugemuskeln der Hand und des Fußes wahrnehmen.

Die Schleimscheiden stehen überhaupt mit einander verschiedentlich in Verbindung. So hat *Fourcroy* häutige

Fortsätze beobachtet, die aus verschiedenen Lamellen bestanden, und wodurch Schleimscheiden an einander geheftet waren. So oft er mehrere Sehnen in den mit einer Knorpelplatte überzogenen Knochenfurchen nebeneinander liegen sah, so fand er auch mehrere sich untereinander aufnehmende Schleimscheiden: und zwar so, daß mehrere Sehnen zusammen in einer gemeinschaftlichen Schleimscheide lagen, innerhalb dieser aber, war jede einzelne Sehne wieder besonders mit einer eigener Scheide umgeben.

Jezuweilen sieht man zwischen einer einzelnen und dem innern Umfange der gemeinschaftlichen Schleimscheide noch mehrere andere Scheiden, die zwei oder mehrere Sehnen in sich fassen, und sich, indem sie eine andere Richtung annehmen, von jenen entfernen, neben welchen sie anfangs liegen. Diese abgewichenen Sehnen gehen neben einander in ihrer gemeinschaftlichen Schleimscheide eine Strecke weit fort, bis jede einzelne Sehne wieder eine andere Richtung erhält, in welcher sie von einem Aste der zuvor allen Sehnen gemeinschaftlichen Scheide umkleidet wird. Auf diese Art ist es begreif-

ratione intelligitur, quomodo FOURCROUS duas saepe vel tres, vel quatuor lamellas membranaceas a superiore, sub annulari ligamento carpi iacentes, flexorum inuolucro separare cultro potuerit.

De situ bursarum vaginalium reliquum est vt moneamus, nonnumquam bursas vaginales externas ambire alias profundius collocatas.

Quo loco plures tendines vna cum bursis suis iuxta siti sunt, haud raro loca patentia sunt, quibus bursae inter se in communione sunt. Haec ratio e. c. obtinet inter bursam vaginalem extensoris pollicis manus longi et bursam vaginalem communem radialis externi longi et brevis. (Tab. VI. fig. 2. t. u. v.)

Membrana bursarum vaginalium propria multo tenerior est, quam bursarum vesicularium membrana; caeterum non minus, quam illa, vasculosa, et in superficie interna laevis atque lubrica. FOURCROUS opinionem suam de bursarum mucosarum e tendinibus origine eo confirmari putat, quod bursarum vaginalium membrana saepe per filamenta tendinea cum tendinum fibris coniuncta sit. Fila enim illa a tendinibus secedentia et membranae bursarum adhaerentia in bursis distribui atque multum ad eas formandas conferre existimat. Equidem multo probabilius esse arbitror, etiam vaginas tendinum, quemadmodum bursas mucosas, e membrana musculari vel tendinosa, vt-cunque eam appellari placuerit, oriri. Quodsi passim fibrae tendineae reperiuntur, quae ad vaginales vsque bursas extendantur, ibique adhaerescant: id quidem casu magis videtur, quam necessario quodam ordine atque instituto euenire.

Maior illa membranae teneritas, qua bursae vaginales prae bursis vesicularibus instructae sunt, inde deriuari posse mihi videtur, quod bursae vaginales neque tam valido, neque tam saepe repetito pressui subiectae sunt, quam bursae vesiculares, cum huic vni commoditati inseruiant, vt receptacula sint humoris, qui tendines lubricat.

Intra bursas vaginales, longiores praecipue, haud raro cellulae aut septa conspi-

lich, wie Fourcroy mit dem Messer oft zwei, drei oder vier häutige Blätter von der obern, unter dem Ringbande der Handwurzel liegenden Hülle der Fingerbeuger trennen konnte.

Von der Lage der Schleimscheiden ist noch zu bemerken, daß zuweilen aufere Schleimscheiden sich um andere tiefer gelegene herumlegen.

Da, wo mehrere Sehnen mit ihren Schleimscheiden nebeneinander liegen, giebt es nicht selten Oeffnungen, vermittelt welcher eine Schleimscheide mit der andern Verbindung hat. Dieses findet zum Beispiel zwischen der Schleimscheide des langen Daumenstreckers an der Hand, und der gemeinschaftlichen Schleimscheide der von der Speiche kommenden Ausstreckmuskeln der Handwurzelknochen statt. (Tab. VI. Fig. 2. t. u. v.)

Die eigenthümliche Haut der Schleimscheiden ist bei weitem zarter als die der Schleimbälge, übrigens aber eben so wie jene, gefäßreich und auf ihrer innern Fläche glatt und schlüpfrig. Fourcroy glaubt, darin einen Beweis für seine Meinung von der Entstehung der Schleimsäcke aus den Sehnen, zu finden, daß die Haut der Schleimschei-

den öfters durch schnige Fäden mit den Sehnenfasern in Verbindung stehe. Er stellt sich nemlich vor, daß die von der Sehne abweichenden und an die Haut der Schleimscheide befestigten Fäden sich in letzterer ausbreiteten und viel zu ihrer Bildung beitrügen. Weit annehmlicher finde ich die Vorstellung, daß auch die Sehnscheiden, so wie die Schleimbälge von der Muskelhaut oder Sehnenhaut, wie man sie nennen will, entstehen. Wenn zuweilen einzelne Sehnenfasern gefunden werden, die sich an die Schleimscheide erstrecken und daselbst befestigen, so ist dieses wohl mehr dem Zufalle beizulegen, als einer nothwendigen Einrichtung.

Die größere Zartheit der Haut, die die Schleimscheiden vor den Schleimbälgen voraus haben, scheint mir daher geleitet werden zu können, daß die Schleimscheiden keinem so starken und wiederholten Druck ausgesetzt sind, wie die Schleimbälge; da sie ausschließend den Nutzen haben, Behältnisse der schlüpfrigmachenden Flüssigkeit für die Sehnen abzugeben.

Innerhalb der Schleimscheiden, besonders aber in den längeren, erscheinen nicht selten Zellen oder Scheide-

ciuntur, quae modo duplicata membrana propria conficiuntur, modo e fasciis construuntur, quae a tendine profectae interno vaginalium parieti adhaerent. Atque de his quidem eadem valent, quae supra de similibus funiculis bursarum vesicularium dicta sunt. Itaque videntur fasciolae istae tendineae hunc maxime vsum habere, vt iter praebeant vasis, quae tendinibus sanguinem et afferant et auferant. Vix enim ad ligandos, vt creditum est, tendines institutae sunt. Nam etiamsi ad hoc munus imbecilliores non essent, vix tamen iis opus est, cum bursae vaginales aut tendinum vaginae, aut vbi hae nullae sunt, densiori cellulosa satis firmiter fulciantur.

Filamenta mucosa, qualia supra, cum de bursis vesicularibus ageretur, descripta sunt, in bursa vaginali flexoris digitorum manus profundi obseruata sunt.

Raro adipis glomerula in bursis vaginalibus reperiuntur, vtpote ad externum ambitum adipe non carentibus, reposito in intercapedinibus cellulosa, quae membranam bursarum vaginalium propriam cingit.

Humoris intra bursas vaginales secretio haud dubie eodem prorsus modo, quo in bursis vesicularibus, perficitur.

wände, die bald aus Verdoppelungen der eigentlichen Haut, bald aus Bändchen bestehen, die sich von der Sehne aus an die innere Wand der Scheide anfügen. Von diesen Gegenständen gilt dasselbe, was oben von den ähnlichen in den Schleimbälgen vorkommenden gesagt worden ist. Die sehnigen Bändchen mögen vorzüglich zur Leitung zu- und abführender Blutgefäße in und aus den Sehnen dienen. Zur Befestigung der Schleimscheiden, wie man geglaubt hat, möchten sie wohl schwerlich bestimmt sein. Denn wenn sie auch nicht zu schwach dazu sein sollten, so sind sie doch kaum nöthig, da die Schleimscheiden durch Sehnscheiden, oder wo diese nicht sind, durch verdichteten Zellstoff auf ihrer Oberfläche, Befestigung genug haben.

Schleimige Fäden, wie sie oben bei den Schleimbälgen beschrieben worden sind, hat man in der Schleimscheide des tiefliegenden Fingerbengers beobachtet.

Fettklumpchen findet man in den Schleimscheiden selten: doch fehlt es an ihrem äußeren Umfange nicht an Fett, welches in den Zwischenräumen des Zellstoffes abgesetzt ist, von welchem die eigentliche Haut der Schleimscheide umkleidet wird.

Die Absonderung der Flüssigkeit innerhalb der Schleimscheiden geschieht zuverlässig völlig auf denselben Wegen wie in den Schleimbälgen.

S E C T I O Q U I N T A.

BURSARUM MUCOSARUM HACTENUS IN CORPORE HUMANO DETECTARUM ENUMERATIO AC DESCRIPTIO.

I.

BURSAE MUCOSAE CAPITIS ET TRUNCI.

1.

Bursa mucosa vaginalis musculi obliqui superioris oculi.

ALBIN. pag. 176. SOEMMERRING. pag. 76. GERLACH pag. 26. Tab. III. 10. LODER. Tab. 47. Fig. 1. 8.

Bursa haec vaginalis, cui forma oblonga et ovalis est, tendinem inuoluit musculi obliqui superioris oculi, quo loco ille ingreditur trochleam, quam transit, vsque ad eum locum, quo in bulbo expanditur. Tendini enim applicata bursa tum posteriorem claudit aperturam trochleae, pone quam incipit, tum anteriorem arcissime amplectitur, et in amplae vaginae speciem formata, tendinem, quamdiu cylindricus est, persequitur. Est autem conflata haec bursa tenui quidem membrana, firma tamen, alba, late extrinsecus per cellulosa fulta.

Clauditur vbique spatium internum trochleae musculi obliqui superioris oculi hac bursa mucosa, vt neque fluidum, quod in ea continetur, possit elabi, et tendo lubricus in trochlea semper moueatur. (Vid. Tab. I. 2.)

FÜNFTER ABSCHNITT.

Verzeichniss und Beschreibung aller bisher entdeckten Schleimsäcke des menschlichen Körpers.

I.

SCHLEIMSÄCKE AM KOPFE UND RUMPEL.

1.

Schleimscheide des Augenrollmuskels.

Albin S. 176. Sömmerring S. 76. Gerlach S. 26. Taf. III. 10. Loder Taf. 47. Fig. 1. No. 8.

Die Sehne des Augenrollmuskels ist von der Stelle an, wo sie in die knorpelige Rolle aufgenommen wird, durch

welche sie sich bewegt, bis dahin, wo sie sich an dem Augapfel ausbreitet, in diese länglich eirunde Schleimscheide gehüllt. Sie nimmt schon hinter der Rolle ihren Anfang und verschließt die hintere Oeffnung derselben, indem sie sich um die Sehne anlegt. Auch die vordere Oeffnung der Stelle umgiebt sie ganz genau, und nun begleitet sie als eine geräumige Scheide die Sehne so lange, als sie cylindrisch bleibt. Sie besteht aus einer zwar dünnen, aber ziemlich festen weißen Membran, welche äußerlich durch häufiges Zellgewebe noch mehrere Festigkeit erhält. Der innere Raum der Rolle des Augenrollmuskels wird durch diese Schleimscheide überall verschlossen, so daß die darinn enthaltene Flüssigkeit auf keine Art entweichen, aber die Sehne innerhalb der Rolle beständig schlüpfrig erhalten kann. Siehe Taf. I. 2.

2.

Bursa mucosa vesicularis posterior muscoli biuentris maxillae inferioris.

Quo loco venter posterior longiorque musculi biuentris maxillae inferioris oblique inseritur incisurae pone processum mamillarem ossis temporum, inter huius ventris tendinem, tendinemque sternocleidomastoidei bursa mucosa vesicularis reperitur, quam posterius ambiunt tendo splenii capitis et pars trachelomastoidei. Atque huius quidem bursae membrana satis firma, et tendine musculi inde a primordio suo circumdata, saccum constituit oualem haud exiguum, adnexum illi biuentris maxillae inferioris superficiei, quae ad tendinem sternocleidomastoidei conuersa est. (Vid. Tab. II. 4.)

3.

Bursa mucosa vesicularis anterior muscoli biuentris maxillae inferioris.

SOEEMMERRING 87. GERLACH 30. 31. Tab. I. 7. LODER Tab. 47. Fig. 2.

Quo loco bini ventres musculi biuentris maxillae inferioris in tendinem vnum coeunt, qui per membranam tendinosam ossi hyoideo adnectitur, inter hanc ansam membranaceam et latus tendinis id, quod glandulas submaxillares spectat, bursa mucosa vesicularis parua inuenitur, tendini firmiter concreta, ansae per laxam cellulosa copulata. (Vid. Tab. I. 3.)

2.

Hinterer Schleimbalg des zweibüchigen Kiefermuskels.

Da wo sich der hintere längere Bauch des zweibüchigen Kiefermuskels sehnig in dem Einschnitt hinter den Zitzenfortsatz des Schlafbeines festsetzt, befindet sich zwischen dieser Sehne und der Sehne des Kopfnickers dieser Schleimbalg. Mehr nach hinten ist er von der Sehne des Bauschähnlichen Kopfmuskels, und zum Theil von dem Nackenwarzenmuskel begrenzt. Dieser Schleimbalg hat eine ziemlich feste Haut, welche die Sehne des Muskels, da wo sie anfängt, genau umschließt, seine eigentliche Ausdehnung ist aber so, daß er einen ovalen, ziemlich ansehnlichen Sack bildet, welcher derjenigen Fläche des zweibüchigen Kiefermuskels anhängt, die der Sehne des Kopfnickers zugekehrt ist. Siehe Taf. II. 4.

3.

Vorderer Schleimbalg des zweibüchigen Kiefermuskels.

Summerring Seit. 87. Gerlach S. 30. 31. Taf. I. 7. Loder Taf. 47. Fig. 2.

An der Stelle, wo sich die beiden Büche des zweibüchigen Kiefermuskels in eine gemeinschaftliche Sehne vereinigen, welche durch eine sehnige Haut an das Zungenbein geheftet wird, befindet sich zwischen dieser Sehne und der den Unterkinnbackendrüsen zugekehrten Fläche der Sehne ein kleiner Schleimbalg, welcher mit der Sehne fest verwachsen, mit ihrer häutigen Befestigung aber durch lockeres Zellgewebe verbunden ist. Siehe Taf. I. 3.

Bursae mucosae vesiculares binae musculi masseteris.

Sunt extrinsecus in ramo summo maxillae inferioris inque incisura eius semilunari inter masseterem et maxillam et muscolum pterygoideum externum bursae mucosae vesiculares paruae duae, (interdum vna tantum) inter se nexae, forma prope circulari, compage bene firma. Firmissimum tamen in carne ipsa munimentum habent, nempe inter masseteris portionem externam et portionis internae profundaeque fibras decurrentes, quo loco, mox cum maxilla cohaesurae, texturam tendinosam induunt. (Vide Tab. II. 1. 2.)

Bursa vesicularis musculi sternohyoidei.

PLENCK 116.

Proxime sub tendinibus sternohyoideorum, qua parte ambo iunctim ossi hyoideo adhaerent, bursa illa insignis locum suum occupat, ideoque ad vtrumque muscolum pariter attinet. Expletur autem ab ea spatium omne inter os hyoides et cartilagineas ambas thyroideas; quibus finibus formam suam triquetram, marginibus rotundis, debet. Firmissime omnium adhaeret ligamento hyothyroideo medio. Includunt eam ad vtrumque latus musculi hyothyroidei; superius tenetur margine inferiori medii ossis hyoidei, vnde margini superiori, eique inflexo, ad apicem vsque suum adglutinata in vtroque latere cartilaginis thyroidei descendit. Cum sternohyoideorum tendinibus nullus ei nisi per cellulosa nexus est.

Doppelter Schleimbalg des unteren Kaumuskels.

An dem oberen Theile der äußeren Fläche vom Aste der Unterkinnlade und an dem halbmondförmigen Ausschnitt derselben befinden sich zwischen dem Kaumuskel der Kinnlade und dem äußern Flügelmuskel, zwei kleine mit einander verbundene, bisweilen ein kleiner Schleimbalg. Beide sind ziemlich kreisrund und haben ziemlich feste Häute. Ihre stärkste Befestigung aber ist im eigentlichen Muskelfleische und zwar zwischen der äußern Portion des Muskels und der Stelle, wo die herablaufenden Fleischfasern der innern tiefen Portion, anfangen sehnig zu werden, um sich an den Unterkiefer anzufügen. Siehe Taf. II. 1. 2.

Schleimbalg für den Niederzieher des Zungenbeines.

Plenck 116.

Dieser ansehnliche Schleimsack liegt sogleich unter den Sehnen der Niederzieher des Zungenbeines, da, wo

sie sich beide neben einander ans Zungenbein befestigen, er ist ihnen beiden daher gemeinschaftlich. Der ganze Raum zwischen dem Zungenbeine und den beiden Schildknorpeln ist von ihm ausgefüllt; und diesen Grenzen hat er seine dreieckige abgerundete Figur zu verdanken. Am genauesten ist er an das mittlere Band des Zungenbeines und Kehlkopfes befestigt; zu beiden Seiten schließen ihn die Schildzungenbeinmuskeln ein, oben hat er an dem untern Rande vom mittleren Theile des Zungenbeines seine Befestigung, von hier aber bis an seine nach unten gelegene Spitze hängt er fest an dem oberen gebogenen Rande des Schildknorpels jeder Seite. Mit den Sehnen der Niederzieher des Zungenbeines ist er nur durch Zellstoff verbunden.

Huius bursae mucosae vesicularis membranam, magnitudine spectabilem, cui ligamenti membranacei hyothyroidei nomen scriptores veteres imposuerunt, non ligamentum, sed bursae mucosae capsam esse vnusquisque, sine dubio, persuasum sibi habebit, vbi, sternohyoideis ad insertionem vsque suam in osse hyoideo diligenter separatis, membranam sub musculis conspicuam leui incisura caute aperuerit, tum vero aëre impleuerit. Iam sacci hoc artificio explicati membrana interna, laeuis, humore lubrico obducta, eum saccum ad bursas mucosas vesiculares merito referendum esse documento certo docebit. Est autem ea huius bursae commoditas, vt tum ossis hyoidei ligamentum medium, tum praecipue margines cartilaginum thyroidearum superiores lubrico numquam careant, quo sternohyoidei actione sua neque terant has partes, neque ab iis ipsis patiantur moram, sed potius super hac bursa, tanquam super trochlea moucantur. (Vide Tab. I. 4.)

6.

Bursa mucosa vesicularis musculi circumflexi palati.

SOEMMERRING pag. 115. hanc bursam inuentam Dom. ab Hagen, discipulo suo adscribit. GERLACH pag. 31. Tab. II. x. x. Cui figurae comparetur SANTORINI tab. posth. VII. 1. LODER Tab. 47. Fig. 3. 18.

Vbi pars media tendinosa circumflexi palati circa hamulum processus pterygoidei flectitur, ibi haec bursa inter tendinem et os posita est. Forma ouali est, tantaque longitudine, quanta latitudine hamulus, circum quem nonnihil flectitur. Membranae non admodum firmae robur per densam cellulosa augetur, quae bursam et inuoluit, et ad os tendinemque ipsum firmiter necit. Videtur tendini, cuius gratia adest, trochleae instar esse, super qua tendo facile circa hamulum rotetur. (Vid. Tab. II. 3.)

Die älteren Schriftsteller haben die Haut dieses Schleimsackes, der wegen seiner Größe kaum zu verkennen ist, unter dem Namen, häutiges Band des Schildknorpels und Zungenbeines beschrieben, ich zweifle aber nicht, daß man dieses vermeintliche Band für einen Schleimsack erkennen wird, wenn man behutsam die Niederzieher des Zungenbeines bis an die Befestigung, welche sie am Zungenbeine haben, lostrennt, vorsichtig einen kleinen Schnitt in die unter den Muskeln erscheinende Haut macht, und dieselbe nun aufbläset. Die innere glatte mit einer schlüpfrigen Feuchtigkeit überzogene Fläche der Haut des Sackes, den man nach dieser Vorrichtung übersieht, wird es unläugbar machen, daß er ein wirklicher Schleimsack ist, welcher dazu dient, daß das mittlere Band des Zungenbeines und Schildknorpels sowohl, als vorzüglich die obern Ränder der Schildknorpel schlüpfrig erhalten werden, damit die Niederzieher des Zungenbeines bei ihrer Wirkung weder diese Theile reiben, noch von ihnen gehindert werden: sich vielmehr gleichsam als auf einer Rolle über diesen Schleimbalg hinziehen lassen. Siehe Taf. I. 4.

6.

Schleimbalg des Gaumenspanners.

Sommerring S. 115, führt diesen Schleimbalg als eine Entdeckung seines Schülers des Herrn von Hagen an Gerlach S. 31. Taf. II. x. x. Man vergleiche mit dieser Abbildung Santorini Tab. posth. VII. 1. Loder Taf. 47. Fig. 3. 18.

Wo sich der mittlere sehnige Theil des Gaumenspanners um den Haken des Flügelfortsatzes herumschlägt, da liegt zwischen der Sehne und dem Knochen dieser Schleimbalg. Er hat eine eirunde Gestalt, und ist so lang als der Haken, um welchen er sich herumbeugt, breit ist. Seine nicht gar feste Haut ist durch dichtes Zellgewebe verstärkt, welches ihn umgiebt, und sowohl an den Knochen als an die Sehne selbst noch mehr befestigt. Dieser Schleimbalg scheint der Muskelsehne, für welche er bestimmt ist, zu einer Rolle zu dienen, über welche er leicht um den Haken herum bewegt werden kann. Siehe Taf. II. 3.

Bursa vesicularis subclauia.

KOCH 34. LODER. Tab. 47. Fig. 1. No. 16.

Iacet haec bursa inter tendinem musculi subclauui, clauiculamque, ad ligamentum rhomboideum. Forma est oualis longior, magnitudo exigua. Inter principium tendinis et partem cartilagineam costae primae semel vidit eam KOCHUS. (Vide Tab. I. 5.)

II.

BURSAE MUCOSAE AD ARTICULUM HUMERI.

1.

Bursa vesicularis acromialis, siue bursa musculi deltoidei.

ALBIN pag. 422. IANCKE p. 10. a. CAMPER p. 5. Tab. I. Fig. 2. e, k, a. MONRO Tab. I. k. FOURCROY pag. 419. KOCH 33. LODER Tab. 48. Fig. 1. No. 7.

In parte anteriori et externa ossis humeri insignis haec bursa ita collocata est, vt capsae humeri articulari incumbat, iuxta se habeat posita acromium et ligamentum acromio - coracoideum, musculo autem deltoideo obtegatur. Cuius quidem bursae forma non satis sibi constat, plerumque tamen ad rotundam accedit; membrana autem, ex qua conflata bursa est, videtur siue in vnum coire cum ligamento articuli humeralis capsulari, siue ex eo originem trahere.

Interdum vnus bursae vesicularis loco adsunt duae minores, ita vt altera a parte anteriori eius, quam descripsimus, vsque ad processum coracoideum scapulae sese extendat. Interdum ambae inter se cohaerent. (Vid. Tab. III. m. Tab. XIII. H. K.)

7.

Schleimbalg des Schlüsselbeinmuskels.

Koch 34. Loder Taf. 47. Fig. 1. No. 16.

Dieser Schleimbalg liegt zwischen der Sehne des Schlüsselbeinmuskels und dem Schlüsselbeine an dem rautenförmigen Bande des Schlüsselbeines, er ist länglich-rund und von unbedeutender Größe. Koch sah ihn einmal zwischen dem Anfang der Muskelsehne und dem knorpeligen Theil der ersten Rippe. Siehe Taf. I. 5.

II.

SCHLEIMSÄCKE IN DER GEGEND DES SCHULTERGELENKES.

1.

Schleimbalg der Schulterhöhe.

Allin S. 422. Jancke S. 10. a. Camper S. 5. Tab. I. Fig. 2. e, k, a. Monro Taf. I. K. Fourcroy S. 419. Koch 33. Loder Taf. 48. Fig. 1. No. 7.

Am obern, vordern und außern Theil des Oberarmknochens auf der Gelenkkapsel desselben, zwischen der

Schulterhöhe und dem eignen vordern Schulterbände unter dem dreieckigen Armmuskel befindet sich dieser ansehnliche Schleimbalg. Er ist von unbestimmter, meist runder Gestalt, seine Haut verliert sich gleichsam in das Capselband des Schultergelenkes, oder hat davon ihren Ursprung.

Zuweilen sind statt dieses großen Schleimbalges zwei kleinere vorhanden, so daß sich ein zweiter von dem vordern Theile des beschriebenen bis an den Haken des Schulterblattes erstreckt. Manchmal sind beide mit einander zusammenhängend. Siehe Taf. III. m. Taf. XIII. H. K.

2.

Bursae musculi subscapularis, siue bursae coracoideae.

LANCKE pag. 10. d. KOCH pag. 34. MONRO Tab. I. D. N. LODER Tab. 47. Fig. 4. No. 12.

Bursarum, quas modo nominavimus, duarum vesicularium insignior sita est sub processu coracoideo, in incisura, quae inter radicem processus et collum scapulae est. Tegitur musculo subscapulari; interdum patet in capsulam articulem.

Altera minor bursa inter tendinem subscapularis musculi est et capsulam humeri articulem. Interdum deest. (Vid. Tab. III. i. k.)

3.

Bursa Iugularis.

LANCKE pag. 10. i. MONRO Tab. I. I. LODER Tab. 47. Fig. 4. No. 7.

Parua haec bursa vesicularis sub parte scapulari claviculae spatium id occupat, quod formatur superius inferiusque a clavicula et processu coracoideo, ad latus vero vtrumque a ligamento illorum trapezoide et conoideo. (Vid. Tab. III. l.)

4.

Bursa coracobrachialis.

LANCKE pag. 10. h. MONRO Tab. I. L. LODER Tab. 47. Fig. 4. No. 17.

Imposita est haec bursa capsulae articulari ossis humeri, quo loco musculus coracobrachialis oblique ex apice processus coracoidei vna cum ventre posteriori et breui musculi biventris oritur, huius tendinem inter, et subscapularis tendinem. Nunc duplex est, nunc abest. (Vid. Tab. III. n.)

2.

Schleimbälge des Unterschulterblattmuskels.

Jancke S. 10. d. Koch S. 34. Monro Taf. I. D. N. Loder Taf. 47. Fig. 4. No. 12.

Der ansehnlichste von diesen beiden Schleimbälgen liegt unter dem Schulterhaken in dem Ausschnitt, welcher sich zwischen der Wurzel desselben und dem Halse des Schulterblattes befindet, er ist von dem Unterschulterblattmuskel bedeckt, und steht zuweilen mit der Gelenkkapsel durch eine Öffnung in Gemeinschaft.

Ein anderer kleinerer Schleimbalg ist zwischen der Sehne des Unterschulterblattmuskels und der Schultergelenkkapsel befindlich. Dieser fehlt zuweilen. S. Taf. III. i. k.

3.

Schleimbalg des Schlüsselbeines.

Jancke S. 10. c. Monro Tab. I. I. Loder Taf. 47. Fig. 4. No. 17.

Dieser kleine Schleimbalg liegt unter dem Schulterende des Schlüsselbeines, in dem Raume, welchen das

Schlüsselbein und der Hakenfortsatz von oben und unten; das viereckige Band über denselben und das kegelförmige Band von beiden Seiten zwischen sich lassen. Siehe Taf. III. l.

4.

Schleimbalg des Hakenarmmuskels.

Jancke S. 10. h. Monro Taf. I. L. Loder Taf. 47. Fig. 4. No. 17.

Er liegt auf der Gelenkkapsel des Oberarmbeines, da, wo der Hakenarmmuskel schief von der Spitze des Hakens am Schulterblatte gemeinschaftlich mit dem hinteren kürzern Bausche des zweibäuchigen Muskels entspringt; zwischen dieser Sehne und derjenigen des Unterschulterblattmuskels. Bisweilen ist er doppelt vorhanden, bisweilen fehlt er ganz. Siehe Taf. III. n.

Bursa vesicularis pectoralis minoris.

FOURCROY pag. 422. MONRO Tab. I. O. LODER Tab. 47. No. 16.

Haec locum tenet sub tendine musculi pectoralis minoris, inter apicem obtusum processus coracoidei et ligamentum capsulare ossis humeri prope bursam acromialem. Interdum abest; interdum absentis bursae coracobrachialis vices subit. (Vid. Tab. III. o.)

Bursa pectoralis maioris.

IANCKE pag. 11. k. FOURCROY pag. 423. KOCH pag. 34.

Reperitur haec bursa inter superficiem internam tendinis ad eminentiam ossis humeri oblongam adhaerentis, qui principium musculi pectoralis maioris constituit, interque eam bursam, quae inseruit tendini, in quem caput longum bicipitis brachii exit. Atque haec quidem admodum tenera bursa in cauitate sua adipis glomer continet. Filamentum etiam ramosum KOCHTUS in ea obseruauit. Membrana eius tendinem obducit ad eum vsque locum, quo fibrae musculi, quem diximus, in carnem transeunt.

Bursa teretis maioris exterior.

ALBIN p. 429. IANCKE p. 10. g. MONRO Tab. I. Q. LODER Tab. 47. Fig. 4. No. 19.

Bursa ea est vesicularis non ita magna, cuius situs est inter partem anteriorem inferioremque tendinis, qui ad musculus teretem maiorem rotundum pertinet, inter os humeri, interque partem superiorem tendinis, quo latissimus dorsi tenetur. (Vid. Tab. III. q.)

Schleimbalg des kleinen Brustmuskels.

Fourcroy S. 422. Monro Taf. I. O. Loder Taf. 47. No. 16.

Unter der Sehne des kleinen Brustmuskels, zwischen der stumpfen Spitze des Hakenfortsatzes und dem Kapselbunde des Oberarmbeines, nahe an dem Schleimbalg der Schulterhöhe. Zuweilen fehlt er, zuweilen ersetzt er die Stelle des fehlenden Schleimbalges vom Hakenarm-muskel. S. Taf. III. o.

Schleimbalg des großen Brustmuskels.

Jancke S. 11. k. Fourcroy S. 423. Koch S. 34.

Zwischen der innern Fläche, der an der rauhen Leiste des Oberarmbeines befestigten Sehne des großen Brustmuskels und demjenigen Schleimsack, welcher für die

Sehne vom langen Kopf des zweibäuchigen Armmuskels bestimmt ist. Dieser Schleimbalg ist sehr zart und enthält in seiner Hohlle ein Fettklumpchen, auch sah Koch ein ästiges Filament in demselben. Seine Haut umgibt die Sehne bis an die Stelle, wo der Muskel fleischig wird.

Außerer Schleimbalg des großen runden Armmuskels.

Albin S. 429. Jancke S. 10. g. Monro Taf. I. Q. Loder Taf. 47. Fig. 4. No. 19.

Ein nicht sonderlich großer Schleimbalg, welcher zwischen dem vorderen unteren Theile der Sehne des großen runden Armmuskels und dem Oberarmbeine am obern Theile der Sehne des breiten Rückenmuskels liegt. Siehe Taf. III. q.

8.

Bursa teretis maioris interior.

FOURCROY pag. 427. KOCH pag. 35.

Si musculus, quem diximus, quo loco fibrae tendinis in duas portiones secedunt, secundum fibrarum directionem dissecatur, bursa illa parva vesicularis apparet, cuius loco foveolae etiam complures observatae sunt.

9.

Bursa latissimi dorsi.

ALBIN pag. 343. IANCKE pag. 10. f. MONRO Tab. I. S. LODER Tab. 47. Fig. 4. No. 21.

Huius bursae locus est inter tendinem latissimi dorsi et os humeri. Tenerrima est, tendinique latissimi dorsi artissime nexa, cuius omnem latitudinem obtinet vsque ad tendinem musculi teretis maioris. (Vide Tab. III. r.)

10.

Bursa humero - bicipitalis.

WINSLOW pag. 75. IANCKE p. 11. i. MONRO Tab. I. T. LODER Tab. 48. Fig. 2. No. 3.

In ea vagina, quae tendinem ventris longi musculi bicipitis ambit, inter tendinem et os humeri, bursa, de qua loquimur, tendinosa inclusa est, eaque inde a tuberculis ambobus ossis humeri vsque ad finem sulci, ex eo nati, protracta, tendinem vsque eo amplectitur, vbi tendinosa musculi pars in carnosam vertitur. (Vide Tab. III. p.)

8.

Innere Schleimbalg des großen runden Armmuskels.

Fourcroy S. 427. Koch S. 35.

Wenn man den Muskel, da, wo sich die Fasern der Sehne in zwei Portionen zertheilen, nach der Richtung seiner Fasern zerschneidet, so kommt ein kleiner Schleimbalg zum Vorschein, statt dessen auch mehrere Grübchen beobachtet worden sind.

9.

Schleimbalg des breiten Rücken Muskels.

Albin S. 343. Jancke S. 10. l. Monro Taf. I. S. Loder Taf. 47. Fig. 4. No. 21.

Zwischen der Sehne des breiten Rückenmuskels und dem Oberarmbeine; er ist sehr zart und genau an die Sehne des breiten Rückenmuskels verwachsen, deren

ganze Breite er bis an die Sehne des großen runden Armmuskels einnimmt. Siehe Taf. III. r.

10.

Schleimscheide für den zweiköpfigen Armmuskel.

Winslow S. 75. Jancke S. 11. i. Monro Taf. I. T. Loder Taf. 48. Fig. 2. No. 3.

In der Scheide, welche die Sehne vom langen Bauch des zweiköpfigen Armmuskels einschließt, liegt zwischen der Sehne und dem Oberarmbeine diese Schleimscheide, sie erstreckt sich von den beiden Höckern des Oberarmbeines an, bis ans Ende der zwischen selbigen entspringenden Furche, und umgibt die Sehne bis dahin, wo der Muskel anfängt fleischig zu werden. S. Taf. III. p.

II.

Bursa infraspinati.

SOEMMERRING 216. a Dom. ab Hagen detecta. LODER Tab. 48. Fig. 1. No. 5.

Est haec bursa infra spinam scapulae, inter scapulam, tendinemque dicti musculi. (Vid. Tab. IV. L.)

III.

BURSAE MUCOSAE AD ARTICULUM CUBITI.

1.

Bursa radiobicipitalis.

ALBIN p. 434. IANCKE p. 11. a. MONRO Tab. I. X. KOCH p. 36. LODER Tab. 47. Fig. 6. No. 6.

Haec quidem eo loco residet, vbi tendo bicipitis brachii in tuberositatem radii inseritur, nempe inter radium ipsum ac tendinem, prope brachialem internum et supinatorum breuem, cuius tendini bursa ex parte adhaeret. Huius bursae membrana tuberositatem radii, vbi cartilagine obducta ea est, circumdat. In cauo bursae tum saepius adipis glomer, tum septum quoque inuenta sunt. Constituta ea bursa hic est ad frictionem, dum anteriora versus brachium mouetur, auertendam. Interdum et altera bursa vesicularis, eaque ad latus externum tendinis, priori addita est. (Vide Tab. V. Fig. 1. L.)

2.

Bursa cubito - radialis.

IANCKE pag. 11. b. FOURCROY pag. 431.

Haec, quae ex numero earum bursarum est, quae non in quouis corpore repe-

II.

Schleimbalg des Untergräthemuskels.

Soemmerring 216. Eine Entdeckung des Herrn von Hagen. Loder Taf. 48. Fig. 1. No. 5.

Unter der Gräthe des Schulterblattes, zwischen demselben und der Sehne des Muskels. Siehe Taf. IV. L.

III.

SCHLEIMBALGE AM ELLBOGENGELENKE.

1.

Schleimbalg des zweibäuchigen Armmuskels.

Albin S. 434. Jancke S. II. a. Monro Taf. I. X. Koch S. 36. Loder Taf. 47. Fig. 6. No. 6.

Wo die Sehne des zweibäuchigen Armmuskels an dem Speichenknorren entspringt, zwischen diesem und

der Sehne, neben dem innern Armmuskel und dem kurzen Rückwärtswehler, an dessen Sehne der Schleimbalg zum Theil mit befestigt ist. Seine Haut umgibt den Speichenknorren, wo er überknorpelt ist. In seiner Höhle liegt öfterer ein Fettklumpchen. Auch eine Scheidewand ist darinnen gefunden worden. Er dient dazu, um bei der Vorwärtswendung des Armes die Reibung der Sehne zu verhüten. Manchmal ist auch noch ein zweiter Schleimbalg an der äußern Seite der Sehne befindlich. Siehe Taf. V. Fig. 1. L.

2.

Schleimbalg der Speiche und Ellbogenröhre.

Jancke S. II. b. Fourcroy S. 431.

Dieser Schleimbalg gehört unter die unbeständigen, er liegt zwischen den Sehnen des zweibäuchigen Armmus-

riuntur, iacet inter tendines bicipitis brachii, brachiei interni, supinatoris brevis, et inter ligamenta radio cubitoque communia. Vbi tendines biuentris et brachiei interni se tangunt, inter vtrumque tendinem inserta bursa est, vt tamen neutrum circumdet.

3.

Bursa anconeae, siue bursa muscoli tricipitis.

LANCKE pag. 11. d. p. 12. a. FOURCROY p. 435. MONRO Tab. II. P. KOCH p. 35.
LODER Tab. 47. Fig. 5. No. 5.

Sita est haec bursa in medio olecrano, inter hoc et extensoris cubiti tendinem. Interdum admodum insignis est; interdum ad vtrumque latus minorem aliam iuxta se positam habet. Rarius etiam super ea alia minor bursa obseruata est. (Vid. Tab. VI. Fig. 1. H.)

4.

Bursa capitulo - radialis.

MONRO Tab. II. Z. KOCH pag. 37.

Locum suum ea habet inter capitulum radii, tendinemque communem radialis brevis, extensoris digitorum communis, extensoris digito minimo proprii, denique vlnaris externi. (Vid. Tab. V. Fig. 1. K.)

5.

Bursa anconei.

LANCKE pag. 12. b.

Haec bursa residet iuxta capitulum radii, inter tendinem anconei et chordam transversalem cubiti. Raro reperitur.

kels, des innern Armmuskels, des kurzen Rückwärtswenders und den gemeinschaftlichen Bändern der Speiche und Ellbogenrohre. Da wo sich die Sehnen des zweibäuchigen und des innern Armmuskels berühren, ist er gleichsam zwischen beide hineingeschoben, ohne aber eine dieser Sehnen einzuschließen.

3.

Schleimbalg des Ellbogenstreckers.

Jancke S. 11. d. S. 12. a. Fourcroy S. 435. Monro Taf. II. P. Koch S. 35. Loder Taf. 47. Fig. 5. No. 5.

In der Mitte des Ellbogenknorrens zwischen demselben und der Sehne des Ellbogenstreckers. Zuweilen ist er von beträchtlicher Größe, zuweilen hat er auf beiden Seiten noch einen kleineren neben sich, seltener ist ein kleinerer über ihm beobachtet worden. Siehe Taf. VI. Fig. 1. H.

4.

Schleimbalg für den längeren und kürzeren Speichenmuskel.

Monro Taf. I. Z. Koch S. 37.

Er hat seine Stelle zwischen dem runden Knopfe der Speiche, der Sehne des langen Speichenmuskels und der gemeinschaftlichen Sehne des kürzeren Speichenmuskels; des gemeinschaftlichen Streckers der Finger, des eignen Streckers des kleinen Fingers und des äußern Ellbogenmuskels. Siehe Taf. V. Fig. 1. K.

5.

Schleimbalg des Ellenbogenknorrenmuskels.

Jancke S. 12. b.

Neben dem runden Knopfe der Speiche zwischen der Sehne des Ellenbogenknorrenmuskels und der Sehnensehne des Vorderarms; er kommt selten vor.

Bursa vlnaris externi.

LANCKE pag. 12. c.

Rarior atque inconstantior haec, vbi occurrit, inter capitulum radii partemque tendinosam vlnaris externi obseruata est.

IV.

BURSAE MUCOSAE AD ARTICULOS MANUS DIGITORUMQUE.

1.

Bursa mucosa vaginalis exterior flexoris pollicis longi.

LANCKE pag. 13. f. MONRO Tab. I. f. KOCH 37. LODER Tab. 48. Fig. 4. No. 6.

Bursa haec insigni magnitudine vniuersum paene dicti musculi tendinem amplectitur. Sedem habet inter os multangulum minus, et inter mediam partem ligamenti capsularis articuli. Duplex etiam inuenta est et pluribus filis robustis, praecipue circa articulum, ad tendinem alligata. (Vid. Tab. V. Fig. 2. n.)

2.

Bursa flexoria media pollicis.

WINSLOW Tom. II. pag. 100. LANCKE p. 13. h. MONRO Tab. I. l. LODER Tab. 48. Fig. 4. No. 7.

Pone flexoris pollicis longi tendinem, nempe inter hunc ipsum et partem anteriorem radii, et inter membranam capsularem diarthroseos carpi et os multangulum minus haec bursa cernitur. Perampla ea est, atque tendines flexoris digitorum cunctos amplectitur. (Vid. Tab. V. 2. o. r.)

6.

Schleimbalg des äußern Ellbogenmuskels.

Jancke S. 12. c.

Ist einer von den unbeständigen seltner vorkommenden Schleimsäcken. Er ist zwischen dem runden Knopfe der Speiche und dem sehnigen Theile des äußern Ellbogenmuskels beobachtet worden.

IV.

SCHLEIMSÄCKE IN DER GEGEND DES HANDGELENKES UND DER FINGER.

1.

Außere Schleimscheide des langen Daumenbeugers.

Jancke S. 13. f. MONRO Taf. I. f. KOCH 37. LODER Taf. 48. Fig. 4. No. 6.

Diese Schleimscheide ist beträchtlich groß und umgiebt beinahe die ganze Sehne des langen Daumenbeu-

gers. Sie hat ihren Sitz zwischen dem kleinen vieleckigen Beine und der Mitte des Kapselbandes. Sie ist doppelt und mit mehreren starken Fäden, vorzüglich um das Gelenk herum, an die Sehne befestigt gefunden worden. Siehe Taf. V. Fig. 2. n.

2.

Mittlere Schleimscheide des langen Daumenbeugers.

Winslow Th. 2. S. 100. Jancke S. 13. h. MONRO Taf. I. l. LODER Taf. 48. Fig. 4. No. 7.

Hinter der Sehne des langen Daumenbeugers, zwischen derselben und dem vordern Theil der Speiche; dem Kapselbande der Handwurzel und dem kleinen vieleckigen Beine ist diese Schleimscheide zu sehen. Sie hat eine ansehnliche Weite und umschließt alle Sehnen des inwendigen Beugemuskels der Finger. Siehe Taf. V. Fig. 2. o. r.

3.

Bursa flexoria digitorum inferior, indicis, medii, annularis et digiti minimi.

WINSLOW pag. 100. IANCKE pag. 13. h. MONRO Tab. I. g. h. c. k. LODER Tab. 48. Fig. 4. No. 9-12.

Principio haec bursa tendines flexoris digitorum sublimis vna comprehendit; mox tamen in quatuor ramos discedens cuique tendini inuolucrum suum porrigit, quo inuolutus quisque ad extrema ossa metacarpi descendat. (Vid. Tab. V. Fig. 2. f. g. h. i.)

4.

Bursae flexoriae digitorum superiores, indicis, medii, annularis et digiti minimi.

IANCKE pag. 13. 1. MONRO Tab. I. p. q. r. s.

Vnaquaeque istarum bursarum vaginalium tendinem sibi musculorum flexorum eligit, quem ad phalangem digiti sui extremam inuoluat comiteturque. (Vid. Tab. V. Fig. 2. kk. ll. mm.)

5.

Bursa flexoria interna.

WINSLOW pag. 103. IANCKE p. 13. g. MONRO Tab. I. m. LODER Tab. 48. Fig. 4. No. 13.

Magna haec quidem bursa vaginalis est inter tendines flexoris digitorum profundi, radii extremi inferioris et capsularem membranam diarthroseos carpi. Interdum cauum huius bursae cum illo confluit, quod a bursa vaginali longi flexoris pollicis ad radium capsulamque carpi articulare formatur. (Vid. Fig. II. q.)

3.

Schleimscheide des auswendigen Fingerbeugemuskels.

Winslow S. 100. Jancke S. 13. h. Monro Taf. I. g. h. i. k. Loder Taf. 48. Fig. 4. No. 9-12.

Sie umfaßt anfänglich gemeinschaftlich die Sehnen des gespaltenen Fingerbeugers, dann aber theilt sie sich in vier Aeste, so daß jede Sehne eine eigene Hülle erhält, und von dieser bis an die äußersten Enden der Mittelhandknochen bekleidet wird. S. Taf. V. Fig. 2. f. g. h. i.

4.

Gemeinschaftliche Schleimscheiden des auswendigen und inwendigen Fingerbeugers.

Jancke S. 13. 1. Monro Taf. I. p. q. r. s.

Vier Schleimscheiden, von denen jede eine Sehne der Beugemuskeln bis zum äußersten Fingergliede umgiebt. Siehe Taf. V. Fig. 2. kk. ll. m.

5.

Innere Schleimscheide des inwendigen Fingerbeugers.

Winslow S. 103. Jancke S. 13. g. Monro Taf. I. m. Loder Taf. 48. Fig. 4. No. 13.

Eine große Schleimscheide zwischen den Sehnen des inwendigen Fingerbeugers, dem untern Ende der Speiche und der Gelenkkapsel der Handwurzel. Jezuweilen steht die Höhle dieser Schleimscheide mit derjenigen in Verbindung, welche die Schleimscheide des langen Beugers des Daumens an der Speiche und der Gelenkkapsel der Handwurzel bildet. Siehe Taf. V. Fig. 2. q.

6.

Bursa radialis interni.

LANCKE pag. 12. e. MONRO Tab. I. n. LODER Tab. 48. Fig. 4. No. 4.

Haec adligata est ad tendinem musculi radialis interni, ita vt inter hunc et os multangulum maius et ligamentum transuersum palmare locum habeat. (Vid. Tab. V. Fig. 2. p.)

7.

Bursa vlnaris interni.

LANCKE pag. 14. a. MONRO Tab. I. O. LODER Tab. 48. Fig. 4. No. 15.

Bursa ea vesicularis valde exigua est inter tendinem radialis interni et os carpi orbiculare. (Vid. Tab. V. 2. e.)

8.

Bursa vaginalis abductoris pollicis.

MONRO Tab. II. Q. LODER Tab. 48. Fig. 4. No. 2.

Haec tendinem abductoris pollicis longi ad radius circumdat. (Vid. Tab. VI. Fig. 2. q.)

9.

Bursa vaginalis radialis communis superior.

LANCKE pag. 12. a. MONRO Tab. II. RR.

Magna haec longaque bursa tendines radialis longi breuisque comprehendit, eosque amplexa sub longo pollicis abductore protenditur. (Vid. Tab. VI. Fig. 2. rr.)

6.

Innere Schleimscheide der Speiche.

Jancke S. 12. e. Monro Taf. I. n. Loder Taf. 48. Fig. 4. No. 4.

Ist an die Sehne des innern Speichenmuskels zwischen dieselbe, das größere vieleckige Bein, und das queere Band der flachen Hand geheftet. S. Taf. V. Fig. 2. p.

7.

Schleimbalg des innern Ellbogenmuskels.

Jancke S. 14. a. Monro Taf. I. O. Loder Taf. 48. Fig. 4. No. 15.

Ein ganz kleiner Schleimbalg zwischen der Sehne des innern Ellbogenmuskels und dem runden Handwurzelbeine. Siehe Taf. V. Fig. 2. e.

8.

Schleimscheide des Daumenabziehers.

Monro Taf. II. Q. Loder Taf. 48. Fig. 4. No. 2.

Umgiert die Sehne des langen Daumenabziehers an der Speiche. Siehe Taf. VI. Fig. 2. q.

9.

Obere gemeinschaftliche Schleimscheide für die beiden Speichenmuskeln.

Jancke S. 12. a. Monro Taf. II. RR.

Eine große und lange Schleimscheide, welche die Sehnen des längeren und kürzeren Speichenmuskels in sich faßt, und mit denselben unter dem langen Daumenabzieher hinweggeht. Siehe Taf. VI. Fig. 2. rr.

10.

Bursa vaginalis radialis communis inferior.

LANCKE pag. 12. b. MONRO Tab. II. SS. LODER Tab. 48. Fig. 3. No. 10.

Haec bursa vaginalis mucosa aequè ampla est atque illa, de qua modo egimus, tendinesque musculi radialis longi ac brevis supra ordinem primum ossium carpi amplectitur. Interdum haec cum bursa vaginali superiori extensoris longi pollicis consociatur. (Vid. Tab. VI. Fig. 2. ss.)

11.

Bursae radialis externi longi.

LANCKE pag. 12. c. WIEDEMANN 144.

Musculus radialis externus longus, quo loco tendo eius inferior sulcum anteriorem in superficie externa imi radii transit, bursa vaginali instructus est. Bursa vesicularis alia sub tendine iacet, quo loco is adhaeret superficiei exteriori summi ossis metacarpi secundi. (Vid. Tab. VI. Fig. 2. t.)

12.

Bursa radialis brevis.

LANCKE pag. 12. d. MONRO Tab. II. D. KOCH pag. 39. LODER Tab. 48. Fig. 3. No. 11.

Parua bursa vesicularis haec est, quae est post tendinem radialis brevis, proxime supra eum locum, ubi hic musculus ossi inseritur, inter tendinem et secundum os metacarpi. In ea adipis glomer observatum est. (Vid. Tab. VI. Fig. 2. u.)

10.

Untere gemeinschaftliche Schleimscheide für die beiden Speichermuskeln.

Jancke S. 12. b. Monro Taf. II. SS. Loder Taf. 48. Fig. 3. No. 10.

Diese Schleimscheide ist eben so geräumig als die vorige, und umgibt die Sehnen des längeren und kürzeren Speichermuskels über der ersten Reihe der Handwurzelknochen. Sie hat mit der obern Schleimscheide des langen Daumenstreckers zuweilen Gemeinschaft. Siehe Taf. VI. Fig. 2. ss.

11.

Schleimsäcke des längeren äußeren Speichermuskels.

Jancke S. 12. c. Wiedemann 144.

Der lange äußere Speichermuskel hat, wo er mit seiner unteren Flechse durch die vordere Rinne der äußeren Fläche des unteren Speichenendes geht, eine Schleim-

scheide. Ein anderer kleiner Schleimbalg liegt unter der Sehne, wo sie sich an die Rückenfläche des oberen Endes vom zweiten Mittelhandknochen anfügt. Siehe Taf. VI. Fig. 2. t.

12.

Schleimbalg des kürzeren Speichermuskels.

Jancke S. 12. d. Monro Taf. II. T. Koch S. 39. Loder Taf. 48. Fig. 3. No. 11.

Ein kleiner Schleimbalg, welcher sich hinter der Sehne des kürzeren Speichermuskels gleich über der Anlage desselben, zwischen der Sehne und dem zweiten Mittelhandknochen befindet. Es ist in demselben ein Fettklumpchen beobachtet worden. Siehe Taf. VI. Fig. 2. u.

Bursa extensoris pollicis longi.

MONRO Tab. II. U. LODER Tab. 48. Fig. 3. No. 12.

Bursa haec oblonga tendinem extensoris pollicis longi amplectitur, atque anteriora versus cum bursa vaginali inferiori radialis longi brevisque coniuncta est. (Vid. Tab. VI. Fig. 2. v.)

Bursa vaginalis inferior extensoris maioris pollicis.

MONRO Tab. II. V. LODER Tab. 48. Fig. 3. No. 13.

Haec tendinem extensoris pollicis longi ad os metacarpi pollicis inuoluit. (Vid. Tab. VI. Fig. 2. w.)

Bursa vaginalis extensoris maioris pollicis.

JANCKE p. 13. k. MONRO Tab. II. X. LODER Tab. 48. Fig. 3. No. 16.

In hac vagina ad articulum manus tendo extensoris digitorum communis inuolutus est. Ea vna cum tendine sulcum extremi radii sequitur, cumque eo pariter in partes tres discinditur, vt et tendinem indicis, et medii, et annularis digiti vsque ad basin phalangae primae comitetur. (Vid. Tab. VI. Fig. 2. x.)

Bursa vaginalis extensoris proprii digiti minimi.

MONRO Tab. II. Y. KOCH p. 40. LODER Tab. 48. Fig. 3. No. 18.

Haec inter tendinem cubitei externi, tendinemque extensoris digitorum communis,

Oberer Schleimscheide des langen Daumenstreckers.

Monro Tab. II. U. Loder Taf. 48. Fig. 3. No. 12.

Eine längliche Schleimscheide, welche die Sehne des größern Daumenstreckers umschließt, und vorwärts mit der untern Schleimscheide des längeren und kürzeren Speichenmuskels in Verbindung steht. S. Taf. VI. Fig. 2. v.

Untere Schleimscheide des langen Daumenstreckers.

Monro Taf. II. V. Loder Taf. 48. Fig. 3. No. 13.

Sie umschließt die Sehne des längern Daumenstreckers am Mittelhandbeine des Daumens. Siehe Taf. VI. Fig. 2. w.

Schleimscheide des gemeinschaftlichen Fingerstreckers.

Jancke Seit. 13. k. Monro Taf. II. X. Loder Taf. 48. Fig. 3. No. 16.

In diese Schleimscheide ist in der Gegend des Handgelenks die Sehne des gemeinschaftlichen Fingerstreckers gehüllt. Sie geht mit der Sehne eingeschlossen in der Rinne am untern Ende der Speiche hin und zertheilt sich mit derselben in drei Theile, so daß sie die Sehne für den Zeigefinger, diejenige für den Mittelfinger und die dem Ringfinger zugehörige, bis zu der Grundfläche des ersten Fingergliedes begleitet. S. Taf. VI. Fig. 2. x.

Schleimscheide des eigenen Streckers für den kleinen Finger.

Monro Tab. II. Y. Koch S. 40. Loder Taf. 48. Fig. 3. No. 18.

Umgibt zwischen der Sehne des äußern Ellbogenmuskels und der des gemeinschaftlichen Fingerstreckers

amplectitur tendinem extensoris proprii digiti minimi, et vna cum eo sub carpi ligamento armillari per canalem tendini proprium procedens, eius tendinis socia est ad basin vsque phalangis primae. Longitudine eximia est, et duplex interdum est, vt altera vagina superius, altera inferius tendinem includant. (Vide Tab. VI. Fig. 2. y.)

17.

Bursa vaginalis musculi ulnaris externi.

LANCKE p. 14. b. MONRO Tab. II. Z. LODER Tab. 48. Fig. 3. No. 20.

Haec inter tendinem est ulnaris externi, inter os metacarpi quartum et ligamentum carpi. (Vid. Tab. VI. Fig. 2. z.)

18.

Bursae lumbricales.

LANCKE pag. 14. d. LODER Tab. 48. Fig. 3. No. 21. 22. 33.

Tres sunt bursae mucosae vesiculares in tendinibus musculorum lumbricalium, prima inter indicem et medium digitum, secunda inter hunc et annularem, tertia denique inter annularem et minimum digitum. (Vid. Tab. VI. Fig. 2. 1. 2. 3.)

die Sehne des eigenen Streckers des kleinen Fingers, geht mit derselben unter dem Bande an der Hand durch den ihr eigenen Kanal und begleitet sie bis an die Grundfläche des ersten Fingergliedes. Sie ist von beträchtlicher Länge und manchmal doppelt vorhanden, so daß eine Scheide oben, die andere unten die Sehne in sich faßt. Siehe Taf. VI. Fig. 2. y.

17.

Schleimscheide des äußern Ellbogenmuskels.

Jancke S. 14. b. Monro Taf. II. Z. Loder Taf. 48. Fig. 3. No. 20.

Zwischen der Sehne des äußern Ellbogenmuskels, dem vierten Mittelhandknochen und dem Handwurzelbände. Siehe Taf. VI. Fig. 2. z.

18.

Schleimbälge zwischen den regenwurmähnlichen Muskeln.

Jancke S. 14. d. Loder Taf. 48. Fig. 3. No. 21. 22. 33.

Drei kleine Schleimbälge an den Sehnen der regenwurmähnlichen Muskeln, einer zwischen dem Zeigefinger und Mittelfinger, der zweite zwischen dem Mittelfinger und Ringfinger, der dritte zwischen dem Ringfinger und kleinen Finger. Siehe Taf. VI. Fig. 2. 1. 2. 3.

V.

BURSAE MUCOSAE AD ARTICULUM FEMORIS.

1.

Bursa vesicularis ileo - puberalis.

PORTAL 434. 436. DUVERNEY 191. WINSLOW pag. 319. ALBIN p. 319. IANCKE p. 15. b. MONRO Tab. III. K. LODER Tab. 48. Fig. 5. No. 15. Tab. 49. Fig. 1. No. 19. Fig. 2. No. 12.

Haec quidem perampla bursa inter iliacum internum, psoam magnum, et ligamentum capsulare femoris sita est, cuius pars posterior adhaeret incisurae ossis ilium, in qua, quos diximus, musculi ad femur descendunt. Inferiora versus haec bursa cum ligamento capsulari femoris concreta est; caeterum tendinem communem vtriusque musculi partemque carnosam proxime tangit. Interdum in ligamentum capsulare femoris patet. Inuenerunt quoque bursam in duos loculos per septum diuisam, quod superiora versus hiaret, vt liber ex altero loculo in alterum aditus humorum esset. Tunc tendinem vterque loculus suum includebat. Denique interdum praeter psoae iliacique tendinem, tendo quoque pectinei hac bursa inclusus repertus est. Huius bursae membrana tenuis est et laxa; mira teneritate in embryonibus eam viderunt. (V. Tab. VII. W.)

2.

Bursa pectinea.

IANCKE p. 15. 1. MONRO Tab. III. M. LODER Tab. 48. Fig. 5. 17. Tab. 49. Fig. 1. No. 20.

Haec infra trochanterem minorem est inter tendinem pectinei et femoris os. (Vid. Tab. VII. X.)

V.

SCHLEIMSÄCKE IN DER GEGEND DES SCHENKELGELENKES.

1.

Schleimbalg des Hüftbein- und Lendenmuskels.

Portal 434. 436. Duverney 191. Winslow S. 319. Albin 319. Janke S. 15. b. Monro Taf. III. K. Loder Taf. 48. Fig. 5. No. 15. Taf. 49. Fig. 1. No. 19. Fig. 2. No. 12.

Ein sehr geräumiger, zwischen dem innern Darmbeinmuskeln, dem großen runden Lendenmuskeln und dem Kapselbande des Pfannengelenks liegender Schleimbalg. Mit seinem hinteren Theile ist er an die Ausschweifung des Darmbeines befestigt, in welcher die erwähnten Muskeln zum Schenkelbeine herabsteigen. Gegen unten hängt er an dem Kapselbande des Pfannengelenks fest, übrigens liegt er genau an der gemeinschaftlichen Sehne und zwischen dem fleischigen Theil beider Muskeln. Jez-

weilen öffnet er sich in das Kapselband des Schenkelgelenkes. Man hat ihn auch durch eine Scheidewand getheilt gefunden, in welcher nach oben eine Oeffnung sichtbar war, durch welche beide Abtheilungen mit einander in Verbindung standen. Jede Abtheilung schloß eine Sehne ein. Auch die Sehne des Schaambeinmuskels hat man mit denen des Darm- und Lendenmuskels in diese Schleimbeutel eingeschlossen gefunden. Die Haut dieses Schleimbeutels ist dünn und schlaff, besonders zart aber ist sie in Embryonen gefunden worden. (S. Taf. VII. W.)

2.

Schleimbalg des Schaambeinmuskels.

Janke S. 15. 1. Monro Taf. III. M. Loder Taf. 48. Fig. 5. 17. Taf. 49. Fig. 1. No. 20.

Zwischen der Sehne des Schaambeinmuskels und dem Schenkelbeine unter dem kleinen Rollhügel. Siehe Taf. VII. X.

3.

Bursa glutaeo - fascialis.

ALBIN pag. 5. 20. IANCKE p. 15. e. MONRO Tab. III. V. * et Tab. V. KOCH 41.
LODER Tab. 18. Fig. 5. No. 2. Tab. 49. Fig. 1. No. 23.

Admodum insignis haec bursa inter tendinem glutaei maximi, et vasti externi tendinem, prope trochanterem maiorem, vbi glutaeus cum lato tendine tensoris fasciae latae nexus est, residet. Intus et adipis copiosa glomera, membrana rubente, et fila tendinosa complura, et praeter plicas alias, bursae de membrana formatas, vnam caeteris maiorem obseruarunt, quae de summa bursa, in veli modum expansa descendet. (Vid. Tab. VIII. Y.)

4.

Bursa vesicularis glutaei medii.

ALBIN pag. 522. MONRO Tab. III. K. et Tab. V. I. LODER Tab. 48. Fig. 5. No. 9.
vbi duplex est. Tab. 50. Fig. 1. No. 18. Tab. 49. Fig. 1. No. 22.

Bursa exigua haec est inter partem tendinosam glutaei medii, inter pyriformem ac trochanterem maiorem; vt inter tendines musculorum, quos diximus, fixa haereat. Interdum duplex apparet. (Vid. Tab. VIII. Q.)

3.

Schleimbalg des großen Gefäßmuskels.

Albin S. 5. 20. Jancke S. 15. e. Monro Taf. III. V. und
Taf. V *. Koch S. 41. Loder Taf. 48. Fig. 5. No. 11.
Taf. 49. Fig. 1. No. 23.

Zwischen der Sehne des großen Gefäßmuskels und des äußern dicken Schenkelmuskels nahe unter dem großen Rollhügel, wo der Gefäßmuskel mit der breiten Sehne des Spanners der breiten Binde vereinigt ist. Dieser Schleimbalg ist sehr groß. Man hat in seinem Innern viele mit einer rothen Haut überkleidete Fettmassen, mehrere sehnige Fäden und außer einigen von der eigenthümlichen Haut des Schleimbalges gebildeten Falten eine große Falte beobachtet, welche von dem obern Theile des Sackes segelförmig herabstieg. Siehe Taf. VIII. Y.

4.

Schleimbalg des mittleren Gefäßmuskels.

Albin S. 522. Monro Taf. III. B. und Taf. V. I. Loder
Taf. 48. Fig. 5. No. 9. wo er doppelt ist. Taf. 50.
Fig. 1. No. 18. Taf. 49. Fig. 1. No. 22.

Ein kleiner Schleimbalg zwischen dem sehnigen Theil des mittleren Gefäßmuskels, dem birnförmigen Muskel und dem großen Rollhügel, so daß er zwischen den Sehnen der erwähnten Muskeln fest verwachsen ist. Jezweilen erscheint er doppelt. Siehe Taf. VIII. Q.

Bursa glutaei minimi.

ALBIN p. 524. IANCKE p. 15. e. MONRO Tab. III. S. LODER Tab. 48. Fig. 5. No. 7.
Tab. 49. Fig. 1. No. 21. Tab. 50. Fig. 1. No. 17.

Haec inter tendinem glutaei minimi est et trochanterem maiorem. (V. Tab. VII. a.)

Bursa tuberoso - ischiatica, siue bursa obturatoris interni.

IANCKE pag. 14. a. MONRO Tab. V. M. LODER Tab. 50. Fig. 1. 19.

In incisura, quae est inter spinam ossis ischii eiusque tuberositatem, ita haec bursa sub tendine obturatoris interni collocata est, vt tendinem huic musculo geminisque communem, latere eo, quod spectat os ischium, in se recipiat. (V. Tab. VIII. R.)

Bursa obturatoria interna.

MONRO Tab. V. N. LODER Tab. 49. Fig. 3. No. 18.

Haec, inter tendinem obturatoris interni geminique inferioris tendinem, ligamento capsulari ossis femoris incumbit. (Vid. Tab. VIII. S.)

Schleimbalg des kleinen Gesäßmuskels.

Albin S. 524. Jancke S. 15. e. Monro Taf. III. S. Loder
Taf. 48. Fig. 5. No. 7. Taf. 49. Fig. 1. No. 21. Taf. 50.
Fig. 1. No. 17.

Zwischen der Sehne des kleinen Gesäßmuskels und
dem großen Rollhügel. Siehe Taf. VII. a.

Schleimbalg des innern Schenkelrollers.

Jancke S. 14. a. Monro Taf. V. M. Loder Taf. 50. Fig. 1.
No. 19.

Liegt in dem Ausschnitte, welcher sich zwischen
der spitzen Ecke des Sitzbeines und dessen Knorren be-
findet, unter der Sehne des innern Schenkelrollers, so

dafs er die dem erwähnten Muskel und den Zwillings-
muskeln gemeinschaftliche Sehne an ihrer dem Sitzbeine
zugekehrten Fläche aufnimmt. Siehe Taf. VIII. R.

Länglicher Schleimbalg des innern Schenkelrollers.

Monro Taf. V. N. Loder Taf. 49. Fig. 3. 18.

Liegt zwischen den Sehnen des innern Schenkelrol-
lers und des untern Zwillingsmuskels auf dem Kapsel-
bände des Schenkelknochens. Siehe Taf. VIII. S.

8.

Bursa pyriformis.

LODER Tab. 49. Fig. 3. No. 17.

Ea est sub gemino superiori et sub parte tendinis ad pyriformem pertinentis ea, quae musculo illi vicina est.

9.

Bursa glutaeo - trochanterica.

LANCKE pag. 15. d. MONRO Tab. V. U. KOCH pag. 42. LODER Tab. 49. Fig. 3. No. 16.

Haec inter tendinem glutaei maximi et trochanteris maioris radicem bursa vesicularis magna est, in qua KOCHUS adipis glomer, membrana rubente obductum, inuenit. Duas eius loco per septum diuisas bursas vidit LODERUS. (Vid. Tab. VIII. V.)

10.

Bursae glutaeo - femorales.

MONRO Tab. V. V. W. KOCH pag. 42.

Duae sunt non admodum insignes bursae inter tendinem glutaei maximi et os femoris; quarum superior, eaque maior, ab osse femoris paullum semota est, inferior vero, eaque minor, proxime firmiterque ossi incumbit. Vid. Tab. VIII. W. X.

8.

Schleimbalg des birnförmigen Muskels.

Loder Taf. 49. Fig. 3. No. 17.

Unter dem obern Zwillingsmuskel und dem daselbst liegenden Theile der Sehne vom birnförmigen Muskel.

9.

Schleimbalg des großen Gesäßmuskels am Rollhügel.

Jancke Seite 15. d. Monro Taf. V. U. Koch 42. Loder Taf. 49. Fig. 3. No. 16.

Ein großer Schleimbalg zwischen der Sehne des großen Gesäßmuskels und der Wurzel des großen Rollhügels. Koch hat darin eine mit einer rothen Haut umgebene Fettmasse gefunden. Loder hat zwei durch eine Scheidewand getrennte Schleimbälge an dieser Stelle gefunden. Siehe Taf. VIII. V.

10.

Schleimbälge des großen Gesäßmuskels.

Monro Taf. V. V. W. Koch S. 42.

Zwei nicht besonders große Schleimbälge zwischen der Sehne des großen Gesäßmuskels und dem Schenkelbeine. Der obere größere ist nicht ganz dicht am Schenkelknochen, der untere kleinere unmittelbar auf demselben befestiget. Siehe Taf. VIII. W. X.

Bursa semitendinosi.

IANCKE p. 16. l. MONRO Tab. V. 5. LODER Tab. 49. Fig. 3. No. 20. Tab. 50. Fig. 1. 21.

Bursa ea parua est inter eum locum, vbi tendo semitendinosi, qui cum capite longo bicipitis coniunctus est, inseritur, atque inter tendinem semimembranosi. Duplicem LODERUS bursam vidit. (Vid. Tab. VIII. U.)

Bursa semimembranosi.

MONRO Tab. V. Q. LODER Tab. 49. Fig. 3. No. 21. Tab. 50. Fig. 1. No. 22.

Haec tendini incumbens semimembranosi inter hunc muscolum residet, et, aut quadratum femoris, aut adductorem femoris longum. (Vid. Tab. VIII. T.)

Bursa quadrati femoris.

IANCKE pag. 15. n.

Haec inter hunc muscolum iacet et trochanterem minorem. IANCKTUS, cum in sanae olim puellae cadauere quadratum lumborum dissecaret, hunc discissum obseravit in triginta fere fasciculos, eosque partim rubentes, solito tamen duriores, partim albicantes tendinososque: cunctos tamen bursis mucosis, maioribus minoribusue, singulos singulis, instructos; vt et bursae fere triginta numerarentur.

Schleimbalg des halbschnigen Muskels.

Jancke S. 16. l. Monro Taf. V. S. Loder Taf. 49. Fig. 3. No. 20. Taf. 50. Fig. 1. 21.

Ein kleiner Schleimbalg zwischen der Anlage der mit dem langen Kopfe des zweibäuchigen Schenkelmuskels vereinigten Sehne des halbschnigen und zwischen der Sehne des halbhütigen Muskels. Loder hat ihn doppelt gesehen. Siehe Taf. VIII. U.

Schleimbalg des halbhütigen Muskels.

Monro Taf. V. Q. Loder Taf. 49. Fig. 3. No. 21. Taf. 50. Fig. 1. No. 22.

An der Sehne des halbhütigen Muskels, zwischen derselben und dem viereckigen Schenkelmuskel oder dem langen anziehenden Schenkelmuskel. S. Taf. VIII. T.

Schleimsack des viereckigen Schenkelmuskels.

Jancke S. 15. n.

Zwischen diesem Muskel und dem kleinen Rollhügel. Jancke beobachtete an dem Leichnam eines sonst gesund gewesenen Mädchens, bei der Zergliederung des viereckigen Schenkelmuskels, denselben wohl in 30 einzelne Bündel zertheilt, diese waren theils roth, aber weit härter als insgemein Muskelbündel sind. Theils waren sie weiß und sehnig und zwischen jedem war ein kleinerer oder größerer Schleimbalg: also auch gegen 30 an der Zahl befindlich.

14.

Bursa iliaca.

IANCKE pag. 15. c. KOCH p. 42.

Haec inter tendinem iliaci interni ac trochanterem minorem in conspectum pro-
dit, duplex saepe, sic, vt altera magis promineat, altera recedat.

VI.

BURSAE MUCOSAE AD GENU.

1.

Bursa mucosa genu superficialis.

LODER Tab. 49. Fig. 4. No. 12.

Insignis haec bursa mucosa vesicularis est inter fibras tendinosas fasciae latae, in
musculos femoris anteriores productas, interque periostium genu. Equidem hanc bur-
sam septo, fibris tendinosis retis ad formam conflato, instructam vidi.

2.

Bursa supragenualis seu musculi cruralis.

DUVERNEY Tom. I. pag. 400. ALBIN pag. 547. IANCKE pag. 16. a. HAASE pag. 8.
MONRO Tab. III. Z. Tab. IV. G. LODER Tab. 50. Fig. 2. No. 10. Fig. 3.
No. 13.

Huius bursae pars anterior cum tendinibus cruralis vastique externi et interni con-
creta est, posterior vero cum ligamento genu capsulari. Ab eo autem loco, vbi ten-

14.

Schleimbalg des Darmbeinmuskels.

Jancke S. 15. c. Koch S. 42.

Zwischen der Sehne des innern Darmbeinmuskels
und dem kleinen Rollhügel. Er wird oftters doppelt ge-
funden, so dafs sich der eine mehr nach vorne, der an-
dere weiter gegen innen zeigt.

VI.

SCHLEIMBEHÄLTER IN DER GEGEND DES
KnieGELENKES.

1.

Der oberflächliche Schleimbalg des Knies.

Loder Taf. 49. Fig. 4. No. 12.

Ein ansehnlicher Schleimbalg zwischen der an die
vordern Schenkelmuskeln fortgesetzten sehnigen Fasern der

breiten Schenkelbinde und der Beinhaut der Kniescheibe.
Ich sah diesen Schleimbalg mit einer aus sehnigen Fasern
netzformig gebildeten Scheidewand versehen.

2.

Schleimbalg des Schenkelbeinmuskels.

Duverney Taf. I. S. 400. Albin S. 547. Jancke Seit. 16. a.
Haase S. 8. Monro Taf. III. Z. Taf. IV. G. Loder
Taf. 50. Fig. 2. No. 10. Fig. 3. No. 13.

Der vordere Theil dieses Schleimbalgtes ist mit den
Sehnen des Schenkelmuskels und des äußern und innern
dicken Schenkelmuskels verwachsen, der hintere Theil an
das Kapselband des Knies. Er erstreckt sich von der
Stelle, wo sich die drei Muskelsehnen mit einander ver-

dines tres illi copulantur, vsque ad patellam haec bursa protenditur, quae plerumque aut per maiorem aperturam, aut per poros in cauum articulare hiat, interdum tamen penitus clausa est. (Vid. Tab. IX. G. Tab. X. N.)

3.

Bursa infragenualis, seu bursa ligamenti patellae.

IANCKE pag. 16. b. WEITBRECHT Fig. 60. c. MONRO Tab. III. c. Tab. IV. K. LODER Tab. 50. Fig. 2. No. 12. Tab. 50. Fig. 3. No. 14.

Locum haec habet in ligamento patellae, infra patellae apicem et supra tuberculum tibiae anterioris. Continet autem in se bursa ista adipis glandulosi, qui in membrana capsulari genu est, partem aliquam, in hac membrana conspicuam eiusque inuolucro obductam. Pars adipis glandulosi reliqua ligamenti capsularis lamina interna tegitur. Omnis hic adipis glandulosi apparatus per ligamentum mucosum inter condylos femoris sursum tolli potest. (Vid. Tab. IX. K. Tab. X. P.)

4.

Bursa genualis anterior.

ALBIN p. 55 l. IANCKE pag. 17. e. MONRO Tab. II. K. LODER Tab. 49. Fig. 4. No. 11. Tab. 50. Fig. 4. No. 16.

Magna haec in superficie interna anteriorique tibiae collocata bursa, tendinibusque sartorii, gracilis, et semitendinosi, tum ligamento laterali interno genu interposita, singulis illis tendinibus per appendicem membranosa alligatur. Saepe vnius bursae loco duae, vel tres etiam adsunt. (Vid. Tab. X. R.)

einigen bis an die Kniescheibe. Gemeinlich steht er durch eine größere Oefnung oder durch Poren mit der Gelenkhölde in Verbindung, zuweilen ist er ganz verschlossen. Siehe Taf. IX. G. Taf. X. N.

3.

Schleimbalg unterhalb der Kniescheibe.

Jancke S. 16. b. Weitbrecht Fig. 60. c. Monro Taf. III. c. Taf. IV. K. Loder Taf. 50. Fig. 2. No. 12. Taf. 50. Fig. 3. No. 14.

An dem Kniescheibenbunde unterhalb der Spitze der Kniescheibe und oberhalb dem vordern Höcker des Schienbeines. Dieser Schleimbalg enthält einen Theil der drüsigen Fettmasse, welche in der Kapselmembran des Kniegelenkes liegt. Der Theil derselben, welcher in dem Schleimbälge sichtbar ist, hat die eigenthümliche Haut desselben zur Hülle, der übrige Theil ist von dem innern Blatte des Kapselbandes bedeckt. Diese Fettmasse

kann durch das Schleimband zwischen den Gelenkknöpfen des Schenkelbeines in die Höhe gezogen werden. Siehe Taf. IX. K. Taf. X. P.

4.

Vorderer Schleimbalg zur Seite des Knies.

Albin S. 55 l. Jancke S. 17. e. Monro Taf. II. K. Loder Taf. 49. Fig. 4. No. 11. Taf. 50. Fig. 4. No. 16.

Ein großer Schleimbalg zwischen der Sehne des Schneidermuskels, des dünnen und des halbschnigen Schenkelmuskels und dem innern Seitenbunde des Knies: er liegt an der innern und vordern Seite des Schienbeines. An jede der erwähnten Sehnen ist er durch eine eigene häutige Ausdehnung geheftet. Statt dieser einen sind oft zwei oder gar drei abgesonderte Schleimbälge vorhanden. Siehe Taf. X. R.

5.

Bursa genualis posterior.

ALBIN p. 536. LANCKE pag. 17. d. MONRO Tab. V. f. g. h. KOCH p. 44. LODER Tab. 50. Fig. 4. No. 15.

In condylo tibiae interno haec bursa inuenitur inter tendinem semimembranosi, capitis interni gastrocnemii et ligamentum capsulare. Tres eo loco bursas MONROUS ostendit, vnam inter tendines semimembranosi et gastrocnemii (Vid. Tab. X. Fig. 2. K.) conspicuam; alteram, minorem, (Vid. Tab. X. Fig. 2. L.) quae in priori inclusa est et per aperturam in cauitatem articulare genu patet: tertiam denique, (Vid. Tab. X. Fig. 2. M.) quae anteriori inferiorique loco tendini semitendinosi adhaeret, atque interdum in cauitatem eandem aperitur. KOCHUS hanc bursam in cauitatem genu articulare hiare non vidit, sed tendinem gastrocnemii amplecti, eumque, vaginae in modum, longius comitari. Duplicem ego hanc bursam obseruauit, ita, vt in maiori minor abscondita esset, neutri tamen, neque cum cauitate articulari, neque inter se per aperturam vlla esset communio. Et maior quidem bursa parte sua inferiori ita inter tendinem semimembranosi et gastrocnemii tendinem interiecta erat, vt hunc arcte amplecteretur, illi tam firmiter adhaereret, vt, ad bursam integre exsecandam, tendinem ex parte laedere coactus essem. In cauo bursae maioris fila tendinosa reperi partim libere expansa, partim cum interna membranae superficie concreta. (Vid. Tab. X. Fig. 2. K.)

6.

Bursa poplitea.

LANCKE pag. 13. f. MONRO Tab. V. l. LODER Tab. 50. Fig. 4. No. 11.

Est haec sub poplitei tendine inter hunc et condylum ossis femoris externum et

5.

Hinterer Schleimbalg zur Seite des Knies.

Albin Seite 536. Jancke S. 17. d. Monro Taf. V. f. g. h. Koch 44. Loder Taf. 50. Fig. 4. No. 15.

An dem innern Knopfe des Schienbeines zwischen der Sehne des halbhäutigen Muskels, der dem innern Kopfe des Wadenmuskels zugehörigen Flechse und dem Kapselbände des Knies. Monro bildet an dieser Stelle drei Schleimbälge ab. Einer ist zwischen der Sehne des halbhäutigen und der des Wadenmuskels (Siehe Taf. 10. Fig. 2. K.) sichtbar, in diesem ist der zweite kleinere (Siehe Taf. X. Fig. 2. L.) eingeschlossen, welcher durch eine Oeffnung mit der Gelenkhöhle des Knies Gemeinschaft hat, der dritte (Siehe Taf. X. Fig. 2. M.) hängt vorne und unten an der Sehne des halbhäutigen Muskels an, und öffnet sich zuweilen auch in die Gelenkhöhle. Koch sah diesen Schleimbälter nicht mit der Gelenkhöhle des Knies in Verbindung, sondern, so daß er die Sehne des Wadenmuskels umfaßte und sie scheidensartig eine

Strecke fort begleitete. Ich habe ihn doppelt beobachtet, so daß ein kleinerer in dem größeren verborgen war, beide hatten weder mit der Gelenkhöhle noch mit einander durch eine Oeffnung Gemeinschaft. Der größere war so zwischen die Sehne des halbhäutigen und die des Wadenmuskels mit seinem untern Theile hineingeschoben, daß er die Flechse des Wadenmuskels genau umfaßte, an der Sehne des halbhäutigen Muskels hing er aber so fest, daß ich etwas von der Sehne mit hinwegnehmen mußte, um diesen Schleimbalg unverletzt herauszuschneiden. Innerhalb der Höhle des größeren fand ich sehnige Fäden, theils frei ausgespannt, theils an die innere Fläche der Haut verwachsen. S. Taf. X. Fig. 2. K.

6.

Schleimbalg des Kniekehlenmuskels.

Jancke 13. f. Monro Taf. V. l. Loder Taf. 50. Fig. 4. No. 11.

Unter der Sehne des Kniekehlenmuskels, zwischen dieser und dem äußeren Gelenkknopfe des Schenkelbeins

O

cartilaginem semilunarem, et partem inferiorem ligamenti capsularis, quod in articulo genu est, et in quod per aperturam bursa patet. Interdum in duas partes septo discinditur. (Vid. Tab. X. Fig. 2. N.)

7.

Bursa bicipitis cruris.

ALBIN pag. 532. IANCKE pag. 16. c.

Haec inter extremum tendinem musculi bicipitis femoris et ligamentum genu laterale externum est.

8.

Bursae mucosae gastrocnemii.

ALBIN p. 559. IANCKE p. 17. LODER Tab. 50. Fig. 4. No. 13.

Bursam inter musculum bicipitem et caput externum gastrocnemii IANCKIUS in transcurso tantum commemorat.

Quam autem ALBINUS in condylo femoris interno inter tendinem capitis interni gastrocnemii et semimembranosi tendinem, concretam firmiter his partibus, bursam describit, et LODERUS pingit per septum mancum in duas partes diuisam, ea vereor ne sit alia rarior forma bursae genualis posterioris.

nes, dem halbmondförmigen Knorpel und dem untern Theile vom Kapselbande des Kniegelenkes, mit welchem er durch eine Oeffnung Gemeinschaft hat. Er ist zuweilen durch eine Scheidewand getheilt. S. Taf. X. Fig. 2. N.

7.

Schleimbalg des zweiköpfigen Schenkelmuskels.

Albin S. 532. Jancke S. 16. c.

Zwischen dem Ende der Sehne des zweiköpfigen Schenkelmuskels und dem äußern Seitenbande des Kniegelenks.

8.

Schleimbälge des Wadenmuskels.

Albin 559. Jancke S. 17. Loder Taf. 50. Fig. 4. No. 13.

Jancke erwähnt nur obenhin einen Schleimbalg zwischen dem zweiköpfigen Muskel und dem äußern Kopfe des Wadenmuskels.

Albin beschreibt einen Schleimbalg an dem innern Gelenkhügel des Schenkelbeines, welcher zwischen die Sehne des innern Kopfes vom Wadenmuskel und die Sehne des halbhäutigen Muskels fest verwachsen sei. Loder bildet ihn durch eine unvollkommene Scheidewand in zwei Theile getheilt, und mit einer Oeffnung ins Kniegelenk versehen, ab. Sollte dieser Schleimbalg nicht als eine Abänderung zu dem hinteren Schleimbalg an der Seite des Knies, gehören?

VI.

BURSAE PEDIS EXTREMI.

1.

Bursa calcanea.

ALBIN pag. 563. IANCKE pag. 18. a. MONRO Tab. V. t. KOCH p. 45. SOEMMER-
RING pag. 19. LODER Tab. 51. Fig. 1. 19.

Haec inter os calcis et tendinem Achillis est. Adipis glandulosum glomer continet, spatiumque explet id, quod, vbi pes in erecto corporis statu rectus protenditur, inter tendinem Achillis oritur et partem superiorem protuberantiae calcanei. Atque haec quidem bursa, si antrorsum sursumque pes mouetur, pressa humoris lubrici aliquid ad liberiores tendinis motum praebet. Quid? quod ideo plantarem musculum constitutum loco suo esse MONROUS (pag. 19.) existimat, vt in hanc bursam glandulosam agat eamque comprimat. SOEMMERRINGIUS autem (pag. 298.) obiicit neutiquam in hanc bursam abire muscoli huius tendinem. Unius bursae loco tres minores observavit KOCHIUS, vna serie sibi nexas, inque se inuicem patentes, quarum superior adipis glomerulum continebat. (Vid. Tab. XI. Fig. 2. N.)

2.

Bursa tibialis anterioris.

ALBIN 596. IANCKE p. 18. b. MONRO Tab. III. l. LODER Tab. 50. Fig. 5. No. 6.

Quo loco tibialis anterioris tendo dorso adhaeret tarsi, super eius ligamento, in canali, quem ambo cornua ligamenti transversa constituunt, ibi tendo bursa vaginali ambitur. (Vid. Tab. XI. Fig. 1. M.)

VI.

SCHLEIMSÄCKE IN DER GEGEND DES FUSSES.

1.

Schleimbalg der Ferse.

Albin S. 563. Jancke Seit. 18. a. Monro Taf. V. t. Koch 45.
Soemerring S. 19. Loder Taf. 51. Fig. 1. No. 19.

Zwischen dem Fersenbein und der Achillessehne. Er enthält eine drüsenartige Fettmasse und füllt den Raum aus, welcher zwischen der Achillessehne und dem oberen Theil der Hervorragung des Fersenbeines dann entsteht, wenn der Fuß bei der aufrechten Stellung gerade steht. Wenn aber der Fuß vorwärts und aufwärts gebogen wird, so läßt er sich zusammendrücken, und giebt etwas von seiner schlüpfrigmachenden Feuchtigkeit zur freieren Bewegung der Sehne her. Monro glaubt (S. 19.) die Bestimmung des kleinen langsehnigen Muskels sei eigentlich die, auf das drüsiges Wesen in diesem Schleimbalge

zu wirken und denselben zu pressen. Soemerring (S. 296.) antwortet darauf: die Sehne des erwähnten Muskels verliere sich ja nicht in dieses Wesen. Koch sah statt des einen drei kleinere Schleimbälge aneinander gereiht; sie standen alle mit einander in Verbindung, und in dem obersten war ein Fettklumpchen enthalten. S. Taf. XI. Fig. 2. N.

2.

Schleimbalg des vordern Schienbeinmuskels.

Albin S. 596. Jancke S. 18. b. Monro Taf. III. l. Loder
Taf. 50. Fig. 5. No. 6.

Wo die Sehne des vordern Schienbeinmuskels, am Rücken der Fußwurzel über dem Kapselbande der Fußwurzel in einem eigenen in beiden Hörnern des Querebandes befindlichen Kanal liegt, ist sie mit einer Schleimscheide umgeben. Siehe Taf. XI. Fig. 1. M.

Bursa mucosa vaginalis extensoris pollicis pedis longi.

MONRO Tab. III. m. LODER Tab. 50. Fig. 5. No. 4.

In ligamento capsulari dorsi, et vbi tendo cornua ambo ligamenti transuersi in canali singulari transit, ibi bursa mucosa vaginalis tendinem inuoluit. (Vid. Tab. XI. Fig. 1. N.)

Bursa extensoris digitorum communis.

MONRO Tab. III. n. LODER Tab. 50. Fig. 5. No. 3.

Haec tendinem musculi huius ad tibiam et ligamentum capsulare tarsi cingit. (Vid. Tab. XI. Fig. 1. O.)

Bursa peronea communis.

MONRO Tab. V. p. LODER Tab. 51. Fig. 1. No. 14. 15.

Haec insignis bursa vaginalis tendines peronei longi ac breuis includit. Saepe ea septo ita scinditur, vt singulis tendinibus singulae vaginae sint. (Vide Tab. XI. Fig. 2. KK.)

Bursa peronei longi.

SIMMONS p. 394. MONRO Tab. VI. E. LODER Tab. 51. Fig. 2. No. 9.

Haec ad plantam pedis tendinem musculi huius ambit, adipisque glomer continet. (Vid. Tab. XII. L.)

Schleimscheide des langen Streckers der größten Zehe.

Monro Taf. III. m. Loder Taf. 50. Fig. 5. No. 4.

An dem Kapselbände der Fußwurzel und wo die Sehne durch die beiden Hörner des Querverbandes in einem eigenen Kanal geht, ist sie mit einer Schleimscheide umgeben. Siehe Taf. XI. Fig. 1. N.

Schleimscheide des gemeinschaftlichen Zehenstreckers.

Monro Tab. III. n. Loder Taf. 50. Fig. 5. No. 3.

Umgißt die Sehne an dem Schienbeine und dem Kapselbände der Fußwurzel. S. Taf. XI. Fig. 1. o.

Gemeinschaftliche Schleimscheide der Wadenbeinmuskeln.

Monro Tab. V. p. Loder Taf. 51. Fig. 1. No. 14. 15.

Eine ansehnliche Schleimscheide, welche die Sehnen des längeren und kürzeren Wadenbeinmuskels ein-

schließt; eine darin befindliche Scheidewand trennt öfters beide Sehnen so, daß für jede eine besondere Scheide gebildet wird. S. Taf. XI. Fig. 2. KK.

Schleimscheide des langen Wadenbeinmuskels.

Simmons S. 394. Monro Taf. VI. E. Loder Taf. 51. Fig. 2. No. 9.

Umgißt an der Fußsohle die Sehne, und enthält eine Fettmasse. Siehe Taf. XII. L.

7.

Bursa peronei brevis.

MONRO Tab. V. 9.

Infra bursam peroneam communem tendo peronei brevis alia, sibi propria, bursa cingitur. (Vid. Tab. XI. Fig. 2. M.)

8.

Bursa flexoris pollicis longi superior.

MONRO Tab. V. W.

Bursa ista vaginalis huius musculi tendinem circumdat, vbi hic per canalem suum transit, quem fossa laevis in astragalo et osse calcis constituit. (Vid. Tab. XI. Fig. 2. P.)

9.

Bursa flexoris digitorum longi.

MONRO Tab. V. x. y.

Haec bursa huius musculi tendinem ad fibulam et os calcis ambit. (Vide Tab. XI. Fig. 2. Q.)

10.

Bursa tibialis postici.

MONRO Tab. V. Z. Tab. VI. N. LODER Tab. 51. Fig. 1. 7. Fig. 2. 6.

Huius musculi tendinem ista bursa ad fibulam et astragalum amplectitur. (Vide Tab. XII. Q.)

7.

Schleimscheide des kurzen Wadenbeinmuskels.

Monro Taf. V. 9.

Unterhalb der gemeinschaftlichen Schleimscheide des Wadenbeinmuskels ist diese Sehne mit einer eigenen umgeben. Siehe Taf. XI. Fig. 2. M.

8.

Obere Schleimscheide des langen Beugers der großen Zehe.

Monro Tab. V. W.

Die Sehne des langen Beugers der großen Zehe ist, wo sie durch den eignen für sie aus einer glatten Rinne des Sprung- und Fersenbeines gebildeten Kanal geht, mit einer Schleimscheide umgeben. Siehe Taf. XI. Fig. 2. P.

9.

Schleimscheide des langen Zehenbeugers.

Monro Taf. V. x. y.

Liegt an der Sehne an der Schienbeinröhre und dem Fersenbeine. Siehe Taf. XI. Fig. 2. Q.

10.

Schleimscheide des hintern Schienbeinmuskels.

Monro Taf. V. Z. Taf. VI. N. Loder Taf. 51. Fig. 1. 7. Fig. 2. 6.

Umgißt die Sehne an der Schienbeinröhre und dem Sprungbeine. Siehe Taf. XII. Q.

Bursa flexorum digitorum profunda.

MONRO Tab. VI. I. LODER Tab. 51. Fig. 1. No. 16. Fig. 2. No. 7.

Haec, communis tendini tum flexoris pollicis longi, tum flexoris profundi, in planta pedis collocata est. In superiori eius parte adipis glomer apparet. Inter vtrumque tendinem septum mancum est. (Vid. Tab. XII. P.)

Bursa flexoris pollicis longi inferior.

MONRO Tab. VI. R. LODER Tab. 51. Fig. 2. No. 10.

Haec incipit supra primam pollicis phalange, inque basi tertiae terminatur (Vid. Tab. XII. N.)

Bursae flexoriae sublimes.

MONRO Tab. VI. S. T. U. V. LODER Tab. 51. Fig. 2. No. 11. 12. 13. 14.

Quatuor istae vaginae, quarum singulae singulis quatuor tendinibus flexoris digitorum brevis inseruiunt, originem trahunt a prima phalange, et ad basin usque tertiae phalangis protractae, eo loco finiunt, quo solet esse tendinum terminus. (V. Tab. XII. R. S. T. U. V.)

Bursae lumbricalium.

LODER Tab. 50. Fig. 5. No. 7. 8. 9. 10. Tab. 51. Fig. 2. No. 15 - 18.

Musculorum lumbricalium, digitis intersertorum, quot tendines sunt, tot his tendinibus bursae. (Vid. Tab. XI. Fig. 1. P. Q. R. S.)

Gemeinschaftliche Schleimscheide der Zehenbeuger.

Monro Taf. VI. I. Loder Taf. 51. Fig. 1. No. 16. Fig. 2. No. 7.

Sie gehört der Sehne des langen Beugers der großen Zehe, und der des tiefliegenden Zehenbeugers gemeinschaftlich an, und hat ihre Lage an der Fußsohle. In dem obern Theile derselben erscheint eine Fettmasse. Zwischen beiden Sehnen ist eine unvollkommene Scheidewand befindlich. Siehe Taf. XII. P.

Untere Schleimscheide des langen Beugers der großen Zehe.

Monro Taf. VI. R. Loder Taf. 51. Fig. 2. No. 10.

Sie fängt über dem ersten Gliede der großen Zehe an, und erstreckt sich bis an die Wurzel des dritten Gliedes. Siehe Taf. XII. N.

Schleimscheiden des oberflächlichen Beugers der Zehen.

Monro Taf. VI. S. T. U. V. Loder Taf. 51. Fig. 2. No. 11. 12. 13. 14.

Vier Scheiden, wovon jede für eine von den vier Sehnen des kurzen Zehenbeugers bestimmt ist. Sie fangen bei dem ersten Fingergliede an und endigen an der Wurzel des dritten Gliedes, da, wo sich die Sehnen zu endigen pflegen. S. Taf. XII. R. S. T. U. V.

Schleimbälge zwischen den Zehen.

Loder Taf. 50. Fig. 5. No. 7. 8. 9. 10. Taf. 51. Fig. 2. No. 15 - 18.

An den Sehnen der regenwurmformigen Muskeln zwischen jeder Zehe liegt ein kleiner Schleimbalg. S. Taf. XI. Fig. 1. P. Q. R. S.

S E C T I O S E X T A.

STRUCTURAE BURSARUM MUCOSARUM CUM STRUCTURA LIGAMEN- TORUM CAPSULARIUM IN ARTICULIS COMPARATIO.

Quae iam primo intuitu bursarum mucosarum, capsularumque articularium similis structura elucet, ea, quo diligentius istae partes atque constantius inter se comparantur, eo declaratur luculentius. Namque

- 1) aequa inter membranam internam tum capsularum articularium, tum bursarum mucosarum teneritas firmitasque obtinet;
- 2) et ambae per cellulosa ligamentis externis adnectuntur;
- 3) et ubi vtraque prope os aliquod est, lamina cartilaginea intermedia est;
- 4) et in vtraque, ubi ad latera articularum neque comprimuntur fortius, neque teruntur, adeps cellulosa replet.
- 5) Tum in cauo quoque articularum massae adiposae prominent, quarum itidem superficies vasis sanguineis, margines fimbriis instructae sunt. (Vid. Tab. XIV. Fig. 1. C. Fig. 5. Fig. 6. Fig. 9. D. E. F. Fig. 10. 11. 12.)
- 6) Porro in articulo genu conspicua est pars superior glandulosa adiposique apparatus, vnguen articulare secernentis, cuius apparatus pars inferior in bursam mucosam, pone ligamentum, quod patellam cum tibia nequit, protenditur. (Vid. Tab. IX. LL.)
- 7) Sed vero etiam humor, qui bursas mucosas lubricat, cum reliquis proprietates, tum colorem et crassitudinem cum synovia communes habet; atque in vtrum-

SECHSTER ABSCHNITT.

Vergleichung des Baues der Schleimbeutel mit dem Baue der Kapselbänder der Gelenke.

Schon auf den ersten Blick leuchtet die Aehnlichkeit des Baues der Schleimbeutel mit dem Baue der Gelenkkapseln hervor; und je aufmerksamer wir diese Vergleichung verfolgen, desto genauer und richtiger zeigt sich jene Uebereinstimmung.

- 1) Die innere Haut beider, sowohl der Gelenkkapseln, als des Schleimbeutels, ist zart aber fest.
- 2) Sie steht durch Zellstoff mit den äußern Bändern in Verbindung.

- 3) Zwischen ihr und dem Knochen liegen Knorpelscheiben.
- 4) An den Seiten des Gelenkes, wo sie einem stärkern Drucke oder Reibung nicht ausgesetzt ist, befindet sich in ihr Fett mit dem Zellstoff im Zusammenhange.
- 5) Innerhalb der Gelenkhöhlen sehen wir gleichfalls Fettmassen hervorragen, die eben auch mit Blutgefäßen auf ihrer Oberfläche und mit fadenartigen Verlängerungen an ihrem Umfange versehen sind. (Siehe Taf. XIV. Fig. 1. C. Fig. 5. Fig. 6. Fig. 9. D. E. F. Fig. 10. Fig. 11. Fig. 12.)
- 6) In dem Kniegelenk sehen wir den obern Theil einer drüsigen Fettmasse, welche den Gelenkschleim absondert, deren unterer Theil aber sich in den Schleimbalg erstreckt, welcher an dem Kniescheibenhande liegt. (S. Taf. IX. LL.)
- 7) Die Feuchtigkeit, welche die Schleimbeutel schlüpft.

que humorem et calor, et acida mineralia, et liquores, quos spirituosos vocant, plane eandem vim habent: quemadmodum experimento edoctus sum. Nam in boue, simulac caesus erat, tam capsulas articulares, quam bursas pedum mucosas grandiores, ad colligendos istarum partium humores, aperiebam.

Erat vterque humor colore, odore, crassitudine, pondere, prorsus alteri similis; etiam aequè lubricus vterque, inter digitos tritus, erat.

Acidi sulphurei pars vna, cum partibus duabus aquae commixta, vtrumque humorem turbidum reddebat, non congelabat. Partibus tribus spiritus vini rectificati, qui vocatur, confusis cum partibus duabus istorum humorum, vniuersi fluidi pars circiter octava congelabatur.

Ita calefacti isti humores, vt ebullirent, turbidiores glutinosioresque facti sunt: sed vero spissiores iam facti aliquantum imminuta copia erant.

Penitus exsiccati per vim caloris crustam tenacem reliquerunt, (pristino pondere vehementer imminuto,) quae ad candelae flammam veluti cornu ramentum flagrabat.

8) Nonnullis locis bursae mucosae nunquam non cum cauo articularum cohaerent. (Vid. Tab. III. i. Tab. X. Fig. 1. N. O. Fig. 2. M.)

Aliis hoc saepius fit. Atque ex his licet structurae istarum partium similitudinem omnino colligere.

9) Denique ad collocandam clariori in luce similem bursarum mucosarum capsularumque articularium structuram, volo nunc diductius explanare speciem externam organorum, quorum functione ac munere humoris eius, qui partes lubricat, quemque in articulis synouiam vocant, perfici videtur secretio. Atque in eo opere eo accuratius versabor, quo peruersius a nuperis potissimum scriptoribus expositae istae partes sunt, quippe quae a nullo omnino anatomico ea diligentia, qua par est, fuerunt inuestigatae.

rig macht, hat dieselbe Farbe und Konsistenz, und dieselben Eigenschaften wie der Gelenksaft, auf beide äußern die Hitze, Mineralsäuren und gelstige Flüssigkeiten völlig dieselbe Wirkung, wie mich folgender Versuch gelehrt hat. An einem Ochsen öffnete ich in dem Augenblick, da er getödtet worden war, die Gelenkkapseln und die großen Schleimbeutel an den Füßen, um die darin enthaltene Feuchtigkeit zu sammeln.

Beide Flüssigkeiten waren einander an Farbe, Geruch, Geschmack, Konsistenz und Gewicht völlig ähnlich. Zwischen den Fingern gerieben, war ein gleicher Grad von Schlüpfrigkeit bemerkbar.

Vitriolssäure, welche mit doppelt so viel Wasser verdünnt war, trübte beide Flüssigkeiten, ohne sie gerinnen zu machen. Von zwei Theilen dieser Flüssigkeiten, mit drei Theilen rectificirten Weingeistes vermischt, gerann ohngefähr der achte Theil des Ganzen.

Bis zur Siedehitze erwärmt, wurden beide Feuchtigkeiten undurchsichtiger und zäher; aber verdickt, war die Quantität um ein beträchtliches vermindert. Bis zur Trok-

kenheit abgedampft, gaben beide eine derbe Kruste, welche nur einen kleinen Theil von dem Gewichte des ganzen ausmachte, und an der Flamme eines Lichtes beinahe wie ein dünner Hornspahn brannte.

8) An einigen Stellen hängen die Schleimbeutel beständig mit den Gelenkhöhlen zusammen, (S. Taf. III. i. Taf. X. Fig. 1. N. O. Fig. 2. M.)

An andern Stellen ist dieses nur öfters der Fall, woraus sich die Aehnlichkeit ihres Baues überhaupt ergibt.

9) Um die Gleichheit des Baues der Schleimbeutel und Gelenkkapseln noch auffällender darzuthun, will ich nun zunächst ausführlich die verschiedenen Organe, von welchen wir vermuthen können, daß sie die schleimigöhlige Feuchtigkeit hergeben, die man in den Gelenken Gelenkschmiere nennt, nach ihrem äußeren Ansehen beschreiben. Ich werde hierbei um so genauer zu Werke gehen, da besonders neuere Schriftsteller die erwähnten Theile sehr unrichtig beschrieben haben, und da sie noch von keinem Zergliederer mit hinlänglicher Genauigkeit untersucht worden sind.

Ac primum quidem pinguedinis apparatus describam, deinde structuram glandularum mucosarum siue instrumentorum mucum secernentium exponam.

Observauit iam pridem HAVERSIUS medullam e globulis compositam esse, sub microscopio margaritarum cumulum referentibus.

Idem de adipe in aliis corporis partibus MALPIGHIIUS obseruauit, et post eum MORGAGNIUS; dubitans tamen ille de membrana globulorum adiposorum propria. Atque hos quidem, (quos globulis medullaribus maiores semper putauere) aequae ac medullares membrana sua propria contineri negat constanter doctissimus GRÜTZMACHERUS, qui librum super hac re anno 1748 edidit. Etiam communis omnium hisque consentiens plane sententia est, eaque auctoritate confirmata WINSLOVII, post HEISTERI, HALLERI, LIEUTAUDII, SABATERII, PLENCKII, LEBERI aliorumque: in simplici tela cellulosa seruari adipem, quae cum in hydropicis exesa soleat esse; aquae eam cedere pro rato confirmatoque habuerunt.

GUILIELM. HUNTERUS, exposita, (Vid. Sect. I.) in libro ann. 1762. edito, vulgari opinione, qua adeps in iisdem cellulosa receptaculis seruari statuitur, quae in hydrope anasarca humorem aquosum suscipiant, aliam iam dudum se profitetur fuisse sententiam: quippe persuasum sibi habere, in quibus locis perpetuo adeps inueniatur, ibi praeter cellulosa, apparatus aliquem glandulosum deprehendi, partim e vesiculis loculisue, in quibus seruetur adeps, partim ex vasis, quibus secernatur, conflatum. Tum argumenta profert quibus hanc suam fulciri putat sententiam et (p. 36.) „nonne, ait, ex cunctis his obseruationibus liceat nobis iure quodam nostro sumere „adipem cellulosa in vesiculis peculiaribus potius, quam, vt hydropis anasarca humor est, in mera cellulosa comprehensam esse?“

Huius viri quamquam eiusmodi sunt argumenta, quae sententiam eius a vero proxime abesse ostendant: certam tamen rei fidem non faciunt, quippe quae vnus ope

Zuerst werde ich den Bau des Fettes und alsdann die Structur der Schleimdrüsen oder schleimabsondernden Werkzeuge beschreiben.

Schon Havers hat bemerkt, daß das Mark aus Kügelchen bestehe, und durch ein Vergrößerungsglas betrachtet, einem Haufen Perlen gleiche.

Malpighi, und nach ihm Morgagni, beobachtete dasselbe von dem Fette in andern Theilen des Körpers: jedoch war er zweifelhaft, ob die Fettkügelchen in eine besondere Membran gehüllt wären. Die Fettkügelchen hielt man beständig für größer als die Markkügelchen, der gelehrte Grützmacher aber, welcher im Jahr 1748 über diesen Gegenstand schrieb, verneint es ganz bestimmt, daß das Mark und das Fett in eine besondere Haut eingeschlossen seien: und es ist die allgemeine hiermit völlig übereinstimmende und durch die Autorität des Winslow, späterhin aber des Heisters, Hallers, Lieutauds, Sabatiers, Plencks, Lebers und anderer bestätigte Meinung, daß das Fett in dem Gewebe der allgemeinen Zellhaut aufbehalten sei, und weil das Fett bei den wassersüchtigen Subjecten gemeinlich sehr verzehrt wird: so hat man es für aus-

gemacht angesehen: daß, wenn das Fett weggezehrt sei, das Wasser an seine Stelle trete.

Der verstorbene Dr. W. Hunter sagt in einer Schrift vom Jahre 1762. (Siehe den ersten Abschnitt 28.) nachdem er die allgemeine Meinung vorgetragen hat: „Daß das „Fett in denselben Behältnissen der Zellhaut befindlich „sei, in welchen sich bei der Hautwassersucht die Feuchtigkeit ansammle, er sei schon lange anderer Meinung „gewesen, und er glaube, daß an den Stellen, wo beständig Fett angetroffen werde, außer der Zellhaut noch „eine drüsige Vorrichtung vorhanden sei. Diese bestehe „aus Bläschen oder Beuteln, in welchen das thierische Oel „enthalten sei, und aus zur Absonderung desselben bestimmten Gefäßen.“ — Hierauf führt er seine Gründe für diese Meinung an, und wirft (Seite 36.) folgende Frage auf: „Sollten wir nach allen diesen Beobachtungen nicht „mit Recht folgern können, daß das Fett der Zellhaut in „besondere Bläschen eingeschlossen sei, und nicht, wie „die Feuchtigkeit der Hautwassersucht, in dem Gewebe „der Zellhaut?“

Seine Gründe machen diese Meinung überaus wahr-

ope microscopii, quo constat HUNTERUM vsum non fuisse, potest in hac causa obtineri.

Multo ante, quam et scriberet HUNTERUS, et literis omnino operam daret, observatum saepissime a patre meo est atque in acroasibus eius annuis significatum: medullae sub microscopio visae speciem margaritarum cumulum repraesentare. Praeterea ego observaueram, vasis liquida cera accurate expansis, membranam vasculosam conspicuam esse globulos singulos ambientem quae haud dubie medullam secernat. Inveni postea, cum similiter, microscopii ope, non hominum tantummodo, sed animalium quoque brutorum adipem peruestigare, eam vbiq̄ue loculis, in globulorum speciem formatis contineri, vasisque instructam esse, tum magnitudine, tum structura simillimis vasorum medullae. Horum adipis vasorum nullum neque sexcentesimam pollicis partem superabat neque octingentesima minus erat. (Vid. Tab. XIV. Fig. 7. Fig. 8. Fig. 19. Fig. 20.)

Horum ad latera loculorum et poros et ductus excretorios, quibus inter se nexi essent, vel aptissimis instructis microscopiis, frustra quaesivi. Vt tamen globulorum adiposorum telam distinctius perspicerem, saepius, adhibito microscopio, magni steatomatis structuram indagabam, in quo hos loculos non modo eodem artificio constructos, verum etiam aequè propemodum paruos, atque in sano statu adipis globuli sunt, deprehendi magnopere miratus sum; quid? quod saepenumero in eodem cadavere cellulosae sanae adipe ad steatomatis adipem comparata, neutram inveni vlla parte ab altera discrepantem. Praeterea experimento eo, quo adipis aliquid inter digitos, aquae ad 100 gr. Fahrenheit. calefactae immersos, modice comprimerem, loculos adiposos leniter pressos neque humore suo priuari, neque in planam formam comprimi posse edoctus sum. Olei ipsius globuli ne per microscopium quidem in iis humoribus de-

scheinlich: allein offenbar hat er doch durch das Vergrößerungsglas die Structur nicht untersucht, wodurch man nur allein völlige Gewißheit erhalten kann.

Lange vorher, ehe Dr. Hunter schrieb, und in der That lange vorher, ehe er sich mit den Wissenschaften beschäftigte, hatte mein Vater es öfters bemerkt, und in seinen jährlichen Vorlesungen vorgetragen: daß das Mark unter dem Microscop angesehen, wie ein Gebäude von Perlen erscheine. Hiermit hatte ich die Beobachtung verbunden, daß nach einer gehörigen Injection der Gefäße eine gefäßreiche Membran zu sehen sei, welche jedes Kügelchen umgiebt; und aus welcher sonder Zweifel das Mark abgesondert wird. Ich fand hierauf, als ich das Microscop gleicherweise bei dem Fette, nicht allein des Menschen, sondern auch von Thieren zu Hülfe nahm, daß es allenthalben in kugelförmigen Beuteln enthalten und mit Gefäßen verbunden sei, welche sowohl ihrer Größe, als ihrem Baue nach denen des Markes gleichen, und deren keiner im Durchmesser über den sechshundertsten Theil eines Zolles, aber auch nicht unter den achthundertsten Theil desselben betrug. (Siehe Taf. 14. Fig. 7. Fig. 8. Fig. 19. Fig. 20.)

Öffnungen an den Wänden dieser Beutel oder Ausführungsgänge, welche von ihnen ausgingen, und durch welche sie mit einander verbunden wären, lassen sich auch durch die wirksamsten Microscope nicht wahrnehmen. Das Gewebe dieser Fettbeutel noch vollständiger zu entdecken, habe ich wiederholt mit dem Microscop die Structur einer großen Speckgeschwulst untersucht, in welcher ich zu meiner großen Verwunderung die Beutel nicht nur eben so regelmäßig gestaltet, sondern auch beinahe eben so klein wie die des Fettes im gesunden Zustand fand; ja ich habe sogar öfters bei einer und derselben Person, das Fett des gesunden zelligen Gewebes mit dem einer Speckgeschwulst verglichen, ohne jedoch irgend einen Unterschied entdecken zu können. Außerdem machte ich noch den Versuch und nahm eine Quantität Fett zwischen meine Finger; diese tauchte ich in Wasser, welches ohngefähr 100 Grade nach Fahrenheit erwärmt war, und nun drückte ich mäßig auf das Fett, fand aber, daß die Fettbeutelchen durch einen gelinden Druck nicht ausgeleert oder platt gedrückt werden konnten: Augen von aufgelostem Fette lassen sich selbst durch das Microscop nicht in der Feuchtigkeit entdecken, wel-

tegi possunt, qui aut ex abdomine, aut ex articulis, aut ex bursis mucosis de-
promti sunt.

Ne quis ex his concludat nullos omnino globulorum adiposorum visibiles poros
aut ductus excretorios deprehendi, quibus globuli inter se copulentur. Nam primum
superficies cutis materia oleosa abundat, praesertim in Aethiopicibus, post exercitatio-
nem aliquam corporis conspicua. Deinde crusta, exsiccato per calorem humore, flam-
mam nutrit. Tum omentum atque huius aequae ac coli appendices in viuo etiam ani-
mali tactu lubricae sunt. Porro in promptu est omenti in homine ad quadrupedum omen-
tum comparati breuitas, cuius nulla alia ratio cogitari potest, quam quod alterius cor-
pus natura erectum, alterius pronum est: denique vix satis est massam adiposam in li-
gamentis articularum, in bursis mucosis, inque omento collocatam tanquam puluinar
ad tuenda vasa secernentia institutam existimare; sed id videtur potius natura consi-
lium in omento atque adipis omnino glomeribus spectasse, vt ad lubricandas partes vi-
cinas materiam oleosam praebere. Atque haec quidem cuncta argumenta apud me
tantum valent, vt non habeam quod dubitem oleum animale ex receptaculis suis per
poros, oculorum aciem fugientes, in cauum et abdominis et articularum et bursarum
mucosarum penetrare.

Nunc inuestigabimus naturam fimbriarum, quae solent in massis adiposis articu-
lorum, bursarumque mucosarum deprehendi. Atque has quidem fimbrias ductus ex-
cretorios esse glandularum, quae adipis glomeribus et insint et muniantur, plerorum-
que sententia est. Sed quantumuis accurata glandularum illarum, quas putant, descri-
ptio facta sit, atque etiamsi probabili modo fimbriae istae ab eiusmodi fonte deriuentur,
tamque insignis adipis apparatus, quam in articulo genu, et in bursa sub genu mucosa
est, nisi ita statuatur, primo certe intuitu, plane sine consilio institutus esse videatur:

che aus dem Unterleibe, aus den Gelenken oder aus den
Schleimbeuteln genommen worden ist.

Man könnte nun vielleicht hieraus folgern, daß es
keine Oeffnungen oder Ausführungsgänge von bemerk-
barer Größe gebe, durch welche die Fettbälge mit einan-
der in Verbindung seien. Das öhlige Wesen, was die
Oberfläche der Haut, besonders bei Negern nach einer
Leibesbewegung erlangt; die Bemerkung, daß die Kruste,
welche entsteht, wenn jene Feuchtigkeit bis zur Trocken-
heit abgedampft worden, entzündbar ist; das fettige An-
fühlen des Netzes und der Fettanhänge desselben sowohl
als des Grimmdarmes, selbst in einem lebendigen Thiere;
die Kürze des Netzes bei dem Menschen in Vergleichung
desselben bei den vierfüßigen Thieren, welches sich auf
keine andere Art erklären läßt, als daß der Körper des
einen Thieres zur aufrechten, der des andern zur hori-
zontalen Stellung bestimmt sei: alles dieses sowohl, als
das, daß wir kaum vermuthen können, daß die Fettmas-
sen in den Gelenkbändern, in den Schleimbeuteln und
im Netze bloß als Polster zum Schutz der absondernden
Gefäße da sind; daß wir deßwegen keinen andern Zweck
von dem Netze und von diesen Fettmassen entdecken kön-

nen, als den, eine öhlige Materie zur Bewirkung der
Schlüpfrigmachung herzugeben, alles dieses, sage ich, be-
nimmt mir jeden Grund zu einem Zweifel daran, daß
das thierische Oehl aus seinen Bälgen durch unsichtbare
Poren in die Höhlen des Unterleibes der Gelenke und
der Schleimbeutel dringe.

Wir gehen nun zunächst zur Untersuchung der Na-
tur der Franzen über, die wir gewöhnlich an den Fett-
massen der Gelenke und Schleimbälge entdecken. Man
hat gemeinlich angenommen, daß diese die Ausfüh-
rungskänge der Drüsen seien, welche in den Fettmassen li-
gen, und durch dieselben geschützt würden. Doch habe
ich, ohnerachtet der anschaulichen Genauigkeit, in der
Beschreibung, welche von jenen Drüsen gegeben worden
ist, und ohnerachtet der Wahrscheinlichkeit, daß diese
Franzen irgend einen solchen Zweck haben, und daß so
beträchtliche Fettmassen, als man in dem Kniegelenk und
in dem Schleimbalg unter dem Knie findet, auf den er-
sten Anblick sonst ganz unnütz zu sein scheinen, auch
nicht die geringste Spur irgend eines knotigen, körnigen
oder drüsigen Körpers finden können, der sich in diesen
fettigen Massen in den Gelenken des Menschen und an-

tamen ne minimum quidem explorare vestigium mihi licuit particularum nodosarum aut granulosarum aut glandularium, in hoc adiposo corporum humanorum aut brutorum apparatu conspicuum. Non infitior equidem, partim propter vasorum copiam sanguiferorum in adipis glomeribus eorumque fimbriis passim repentium, partim propter humorem pressu ex his fimbriis elicium, eas ductus vere excretorios esse humorem aliquem lubricandarum partium causa comprehendentes: ductuum tamen istorum caua porique tam parui sunt, vt eos perspicue ne microscopiis quidem cernere mihi contingerit. (Vid. Tab. XIV. Fig. 13. Fig. 14. Fig. 15.)

Videntur itaque fimbriae istae meatus esse, quales in vretra sunt, humorem mucosum sine villo granuloso vel glanduloso apparatu perficientes. Cum autem haec organa tunc humorem suum vberime effundant, cum eo maxime opus est, pressis nimirum articularum tendinumque motu suis parietibus: et secretio humoris illius et excretio iuuatur motu, similiter forsitan, atque in glandulis salivalibus fit. Et quoniam extremae fimbriae libere in cauum articularum dependent, commoto articulo humor earum retro pelli nequit. Videtur autem omnino synouia ex arteriis minimis exhalantibus, ex fimbriarum canaliculis atque ex poris nondum detectis glomerum adiposorum deriuanda esse. Atque hos quidem poros perpusillos esse non tantum eo probabile est, quod per microscopium cerni nequeunt, sed et propterea, quod tam arcte materia oleosa muco copulata est, vt ne microscopii quidem adiumento aliqui in eo humore globuli animaduertantur. Quoniam igitur cum muco adeps in his receptaculis confusa et commixta videtur esse, aptius forsitan his organis vesicarum vnguinosarum nomen, quam bursarum mucosarum, esset.

10) Iam penitus perspecta structura et bursarum mucosarum, et capsularum articularium, quales fere in sano statu sunt, proxime inquirenda nobis vis est, quam

derer thierischen Körper gezeigt hätte. Ja ob wir gleich so manche Blutgefäße auf der Membran der Fettklumpchen und auf ihren Franzen zerstreut sehen, und obgleich wir nicht daran zweifeln können, daß diese Franzen aus Ausführungsgängen bestehen, welche eine schlüpfrigmachende Feuchtigkeit enthalten, da wir auch ferner bemerken, daß wirklich durch den Druck Feuchtigkeit aus ihnen herausgepreßt werden kann: so sind doch ihre Höhlungen und Oeffnungen so klein, daß ich nicht, auch nicht einmal mit Vergrößerungsgläsern im Stande gewesen bin, sie deutlich zu erkennen. (Siehe Tafel 14. Fig. 13. Fig. 14. Fig. 15.)

Diese Franzen scheinen daher Gänge gleich denen der Harnröhre zu sein, welche eine schleimige Feuchtigkeit ohne Hülfe irgend eines körnigen oder drüsigen Organes bereiten. Indem bei dem Druck, welchen die Bewegung der Gelenke und Sehnen auf ihre Wände macht, sie ihre Feuchtigkeit am reichlichsten von sich geben, wenn sie am nöthigsten ist; so wird die Absonderung sowohl als die Aussonderung der Feuchtigkeit vielleicht so wie bei der Speicheldrüse durch die Bewegung befördert, und da die Enden dieser Franzen frei in der Hölle

des Gelenkes herabhängen, so kann ihre Feuchtigkeit durch die Bewegung des Gelenkes nicht wieder rückwärts gedrängt werden.

Ueberhaupt scheint die Gelenkschmiere aus unsichtbaren ausdünstenden Arterien, aus Kanälen in den Franzen, und aus bis jetzt noch nicht entdeckten Oeffnungen der Fettbälge herzukommen. Es läßt sich vermuthen, daß diese Oeffnungen überaus klein sind, nicht allein, weil man sie durch das Microscop nicht erkennen kann, sondern auch deswegen, weil das öhliche Wesen sich so innig mit dem Schleime vermischt, daß selbst durch das Microscop keine abgesonderten Kügelchen darinn wahrzunehmen sind. Da mit dem Schleime das Fett in diesen Beuteln vermischt und verbunden zu sein scheint, so würde es vielleicht besser sein, sie Schmierbälge als Schleimbeutel zu nennen.

10) Nachdem wir nun ausführlich die Structur der Schleimbeutel und der Gelenkkapseln im gesunden Zustande beobachtet haben, so wollen wir izt unsere Aufmerksamkeit zunächst auf die Wirkungen richten, welche sie bei ihrem längeren Gebrauche, bei verschiedenen Zufällen, bei der

bent in has partes et vsus diuturnus, et casus varii, et operationes chirurgicae, et morbi. Quo quidem id efficiemus, vt harum partium tum structura, tum omnino natura clarius etiam elucescat.

Vidi persaepe in corporum senilium articulo praesertim femorali foramen, quod membranam et bursae mucosae et capsulae articularis, tritam vtramque, vbi inter se cohaerent, ita cauasset, vt et in bursae et in articuli cauum hiatus ortus esset. Nec tamen homo, dum viueret, vmquam de dolore articuli aut de motu femoris impedito, quem ancylo spuriae nomine comprehendunt, questus est. Quod secus fuisset, si bursae articuli humores natura sua inter se discrepassent. 11) Saepius ego eadem via atque eodem vitio bursae mucosae humorem vidi in articuli cauum transmigrasse.

Similiter in rheumaticis arthriticisque, quibus articuli tumidi sunt, sedem tumoris inuestigantes, mutuam plerumque humorum in bursas mucosas inque caua articulorum effusionem deprehendemus; vt et in scrophulosis obseruauim bursas mucosas praesertim ad articulum carpi aut ad maleolos humore tenaci extensas.

Etiam hydropem articuli genu experientia me docuit morbum multo frequentiorum esse atque ad sanandum faciliorem, quam plerique, quantum equidem sciam, arbitrentur. Itaque in schedis consignauim aegrorum quindecim, morbo illo laborantium, historias, quorum vndecim, adhibitis hirudinibus, vesicatoriis, sacharoque saturni per acetum soluto, et purgantibus sanabantur, duobus autem aliis humor in articulum effusus perucax stagnabat, duobus denique reliquis tumor albus in effusionis illius modi societatem tractus mortis causa fuit.

In tumoribus genu fluctuantibus pluries inueni humorem intra bursam mucosam post tendinem extensorum pedis reconditum. Cuius generis tumores haud raro ex-

Operation, und bei Krankheiten auf sich hervorbringen lassen; und hiedurch werden wir noch vollkommener von der Gleichheit ihres Baues und ihrer Eigenschaften überzeugt werden.

Bei älteren Subjecten habe ich besonders am Schenkelgelenke häufig ein Loch bemerkt, welches in die Membranen des Schleimbeutels und der Gelenkkapsel, da, wo beide mit einander zusammenhängen, eingerieben war, und wodurch eine Verbindung zwischen der Höhle des Schleimbalges und der Gelenkhöhle eröffnet war. Demohnerachtet war von dieser Person, so lange sie lebte, nie Klage über Schmerz oder Steifheit im Gelenke geführt worden. Wenn die Feuchtigkeit des Schleimbeutels von derjenigen des Gelenkes wesentlich verschieden gewesen wäre, so würde es sich nicht füglich auf diese Art haben verhalten können.

11) Ich habe zu wiederholten Malen eine Ausströmung der Flüssigkeit des Schleimbeutels in die Gelenkhöhle bemerkt, welche auf dieselbe Art geschah, und die Folge der nehmlichen Abweichung war.

So sind bei rheumatischen und gichtischen Subjecten die Gelenke oft angeschwollen; wenn wir aber genau nach dem Sitz einer solchen Geschwulst forschen, so werden

wir gemeinlich eine wechselseitige Ergießung der Flüssigkeiten in die Schleimbeutel oder in die Gelenkhöhlen finden. Eben so habe ich auch bei manchen scrophulösen Subjecten bemerkt, daß die Schleimbeutel besonders an den Handgelenken oder Knöcheln durch eine zähe Feuchtigkeit ausgedehnt waren.

Auch habe ich bemerkt, daß die Wassersucht in dem Kniegelenke eine weit gemeinere und heilbarere Krankheit sei, als meines Wissens die meisten glauben. Ich habe mir die Krankengeschichten von funfzehn Patienten angemerkt, welche dieser Beschwerde ausgesetzt waren, und von denen einige durch den Gebrauch von Blutigel, Blasenpflastern, Auflösungen von Bleizucker in Weinessig und Purgiermittel vollkommen wieder hergestellt wurden. An zwei andern von ihnen dauerte eine Ergießung in das Gelenk noch mehrere Jahre fort, und an den beiden übrigen war diese Ergießung mit einer weissen Geschwulst verbunden, welche sich mit dem Tode endigte.

Bei Kniegeschwulsten, an welchen eine Fluctuation bemerkbar war, habe ich in verschiedenen Fällen gefunden, daß die Flüssigkeit in dem Schleimbalg hinter der Sehne der Ausstreckemuskeln des Fusses verhalten war; und ich habe beobachtet, daß solche Geschwülste nicht selten sich

pertus sum denique solui suppuratione imperfecta, quandoquidem materia purulenta mucosae clarae tenacisque mixta est.

Humorem intra cavum articulare versari, ubi tumor genu parvus est, commode eo cerni potest, quod, extenso pede, ad relaxandos tendines ligamentumque genu, cum tumor mollis comprimitur, sursum tollitur patella, capsula autem articularis sub patella ligamentoque robusto, quo ad tibiam reuincta est, protruditur.

- 12) Saepe a chirurgis in cavo articuli genu corpora cartilaginea inuenta sunt, quorum aliqua cavo inciso extraxere. Huiusmodi corpusculum et nos pinximus Tab. XV. Fig. 1. quod ab DEWARTO, chirurgo Edinburgensi extractum est. Et mihi quoque plura huius vitii exempla innotuere. Etenim in nonnullis corpus illud cartilagineum fixum erat, in aliis non fixum et versatile. In alio exemplo tactu tria vel quatuor corpora eiusmodi mobilia discerni poterant; in alio denique ad viginti aderant, quorum tria, quae ipse possideo, Tab. XV. Fig. 3. 4. 5. exprimi curavi. Atque haec quidem corpora tam firmiter ligamento genu adhaerebant, ut aequae se invicem comprimerent, ac fieri solet in vesicae felleae vrinariaeque concrementis.

Similiter corpuscula cartilaginea in bursis mucosis articularum manus, grauius luxatorum oriri saepius vidi. Semel autem (et hac in causa socium KILGOURIUM chirurgum Ormistounensem habebam) lamina cartilaginea, plana, mobilis in bursa mucosa glutaeci maximi disquirentibus nobis sese obtulit: scilicet malum aliquod eo loco delitescere primum dolor aegrotum docuerat.

Aliud exemplum perquam memorabile ad quinquaginta corpora cartilaginea exhibebat, in bursa mucosa, quae post tendinem flexoris pollicis longi est, residentia; ut Tab. V. Fig. 2. n. monstratur; quorumque duodecim Tab. XV. Fig. 7-18. depicta sunt.

mit der Zeit durch eine unvollkommene Eiterung endigen, wobei eine eiterige Materie mit einem klaren zähen Schleim vermischt ist.

Ist die Geschwulst des Knies klein, so entdeckt es sich bald, daß die Flüssigkeit innerhalb der Gelenkhöhle sich befindet, dieses zeigt sich daraus, daß, wenn man den Fuß ausstreckt, um die Sehnen und das Band der Kniescheibe zu erschaffen, und nun auf die weiche Geschwulst drückt, sich die Kniescheibe erhebt und die Gelenkkapsel unter der Kniescheibe und dem starken Bande, wodurch sie an das Schienbein befestigt ist, hervorgedrückt wird.

12) Knorpelige Körper sind öfters von Wundärzten in der Höhlung des Kniegelenkes gefunden worden, und einige solcher Körper hat man durch Einschnitte in die Gelenkhöhle herausgenommen (Siehe Taf. 15. Fig. 1.) einen solchen Körper abgebildet, welcher von Herrn Dover, Wundarzt in Edinburg, ausgeschnitten wurde). Von diesem Uebel sind mir mehrere Beispiele bekannt. Bei einigen war die knorpelige Substanz an eine Stelle festgeheftet; bei andern schlüpfte sie leicht von einer Stelle der Gelenkhöhle zur andern. In

dem einen Falle konnte man drei bis vier solche bewegliche Substanzen unterscheiden: ein andermal waren ihrer gegen zwanzig gegenwärtig, dreie von diesen, welche ich selbst besitze, sind auf der Taf. 15. auf den Figuren 3. 4. 5. abgebildet, diese saßen so fest an dem Kniegelenke, daß sie oben so auf einander drückten, wie es bisweilen die Concremente in der Gallen- und Urinblase thun.

Auf ähnliche Weise habe ich mehrermale kleine knorpelige Körper in den Schleimbeuteln der Handgelenke nach einer heftigen Verrenkung entstehen sehen, und in einem Falle, welchen ich mit Herrn Kilgour, Wundarzt zu Ormistown, untersuchte, fand ich eine flache bewegliche Knorpelscheibe in dem Schleimbalg des großen Gesäßmuskels, auf welchen der Patient durch den Schmerz aufmerksam gemacht wurde, den er öfters an dieser Stelle empfand.

In einem andern sehr merkwürdigen Falle, fand ich gegen fünfzig knorpelige Körper in dem Schleimbeutel, welcher hinter der Sehne des langen Daumenbeugers liegt (Siehe Taf. 5. Fig. 2. n.). Ein Dutzend von diesen ist auf der 15ten Tafel Fig. 7-18. abgebildet. Die Aus-

Etenim bursae mucosae per haec corpora cartilaginea extensio tantos dolores vix tolerabiles aegrotis concitabat, ut suaderem GIBSONIO, chirurgo Edinburgensi, aperire bursum atque ex aperta bursa corporum illorum copiam exprimere. Quod ei cum perficere contigisset, expressa illa corpora tum densitate, tum structura plane cum iis congruebant, quae solent in articulis reperiri: vtriusque enim generis corpora dissecta et lamellis videbantur conflata esse.

Est autem non satis explicata scriptoribus eiusmodi corporum generatio. Sunt qui ea putent esse cartilaginis articularis particulas, casu ab osse discussas (Vid. REIMARUM). Sed quoniam et dimidia pars corporum istorum bursis detractorum specie sua externa petiolos caulesue in iis minutos manifesto prodebat: et vis aliqua, ut ad locum patentem compellerentur, iis inferenda erat: denique quoniam duabus in causis observaueram in articulo genu corpora cartilaginea, firmiter loco suo adhaerentia, quorum vnum incidebatur: hinc adductus sum, ut petiolis ea corpora et nasci et nutririi existimarem. Crescere autem ea amplius posse fractis casu petiolis, a vero mihi videtur remotissimum. Sane quidem exemplo vno corpus huiusmodi admodum mobile, nullo pacto, vel annorum duorum spatio, neque forma neque mobilitate mutatum fuisse edoctus sum.

- 13) Postremo mihi monendum est et bursas mucosas et capsulas articulares in eo quoque mirabiliter consentire, quod, cum in sano statu parum sensu sint instructae, inflammatae plurimum sensus nanciscantur. Scilicet nervi plerumque in ligamentis articularum tam parvi sunt, ut sequi eorum cursum culter nequeat. Attamen paucis quibusdam locis, praesertim ad partem posteriorem articuli manus, conspicuus est nervorum in ligamenta progressus: quandoquidem in quolibet cadauere nervum equidem inveni in latus externum ligamenti sese insi-

dehnung des Schleimbeutels durch diese knorpeligen Körper, machte dem Patienten solche unerträgliche Schmerzen, daß ich Herrn Gibson, Wundarzt in Edinburg, den Vorschlag that, den Schleimbeutel zu öffnen, und sie durch die Oeffnung herauszupressen, welches auch von ihm bewerkstelliget wurde.

Die knorpeligen Körper, welche aus dem Schleimbeutel ausgedrückt wurden, waren nicht nur an Konsistenz, sondern auch in der Structur, denen aus den Gelenken völlig ähnlich: beide schienen, als sie durchschnitten waren, aus Lamellen zu bestehen.

Die Entstehungsart solcher Körper in den Gelenken ist von den Schriftstellern nicht hinlänglich erklärt worden. Einige haben angenommen, daß es Stücke vom Gliedknorpel seien, die durch einen Zufall von dem Knochen abgestoßen worden wären (Siche Reimarus). Allein, da nach dem äußern Ansehen die Hälfte der aus dem Schleimbeutel gezogenen Körper offenbar kleine Stiele oder Stengel hatte, da einige Gewalt angewendet werden mußte, um sie an die Stelle der gemachten Oeffnung zu bringen, und da bei zwei Fällen, wo ich knorpelige Körper in dem Kniegelenk beobachtete, wovon in

dem einen ein Einschnitt gemacht wurde, diese Körper fest an ihrer Stelle saßen: so methmafse ich, daß sie alle aus Stielen entstehen, und durch dieselben ihre Nahrung erhalten. Es scheint mir höchst unwahrscheinlich zu sein, daß sie fortwachsen könnten, wenn durch Zufall der Stiel abgerissen worden ist. Vielmehr konnte ich in einem Falle, wo ein solcher sehr beweglicher Körper vorhanden war, nach Verlauf von zwei Jahren keine Veränderung, weder an seiner Gestalt noch an seiner Beweglichkeit wahrzunehmen.

- 13) Endlich möchte ich noch anführen, daß die Schleimbeutel und die Gelenkkapseln darinn auffallend übereinstimmen, daß sie im gesunden Zustande wenig Sensibilität haben, welche aber durch Entzündung in einem sehr hohen Grade vermehrt wird. Meistens sind an den Gelenkbändern die Nerven so klein, daß man sie mit dem Messer nicht verfolgen kann: doch ist an einigen wenigen Stellen, besonders an der hintern Seite des Handgelenkes die Fortsetzung der Nerven in die Bänder bemerkbar, und ich finde bei allen Leichnamen einen Nerven, welcher in die äußere Seite

nuantem, depictumque Tab. XXVI. libri eius, quem super structura et munere nervosi systematis scripsi.

Parum sensus ad ligamenta sana pertinere, primum dolor exiguus probat, saepe ossa luxata comitans. Quamquam in his caussis ligamenta dirupta esse pluribus argumentis concludi potest. At caput rei est quod variis experimentis, inde ab anno 1754 in corpore humano institutis commemoratisque ex hoc tempore in acroasibus meis, edoctus sum, in ipsis infantum cadaueribus neque luxari neque de statu omnino dimoveri os humeri posse, vtpote admodum laxo cauo suo inhaerens, nisi rupto simul ligamento capsulari, etiamsi ante articulus emollitus aqua tepida relaxatusque fuerit. Porro quam exiguus in ligamentis sensus insit, clarius etiam intelligitur HALLERI experimentis. Hic brutis animantibus vivis non solum ligamenta articularia transfodiebat, sed et postea in capsulas articulares acidum vitriolicum aliosque humores causticos infundeat eo euentu, vt nullum magni doloris signum animantia ederent. His accedit, quod in caussis quibusdam, postquam artis chirurgicae ope corpora cartilaginea ex articulo genu extracta erant, si fasciae recte adhibitae essent, membrumque laesum iusta quiete frueretur, sine doloribus vulnus glutinabatur. (Vid. PECHLIN No. 4. MONRO de hydropo p. 170. Corpora duo cartilaginea, quorum vnum ipse possideo, et Tab. XV. Fig. 1. 2. pinxi, diuerso tempore, alterum corpus serius anno 1778, ex eiusdem genu articulo a GUIL. INGLISIO et DEVARIO, chirurgis Edinburgensibus exsecta sunt.)

Contra dolorem vehementem articularum in tumoribus albis, in podagra, in rheumatismis, animaduertimus; tum quoque vulneribus aut casu in cauum vsque articuli transgressis, aut aquae emittendae corporumue peregrinorum extrahendorum causa, consilio inflictis, vbi neque haec recte glutinata fuerant, et motu articulus omni fuerat destitutus. Scilicet in hisce caussis vniuersi articuli tumor ingens dolensque

des Bandes geht, und welchen ich auf der 26sten Tafel meines Werkes über die Structur und Function des Nervensystems gezeichnet habe.

Dafs die Ligamente im gesunden Zustande wenig Empfindlichkeit haben, beweist fürs erste der geringe Schmerz, welcher oft mit Verrenkungen der Knochen verbunden ist, und doch kann bei solchen Fällen oft aus mehreren Umständen geschlossen werden, dafs die Ligamente zerrissen sind. Aber die Hauptsache ist die, dafs ich durch verschiedene Versuche, welche ich seit 1754 über den menschlichen Körper angestellt, und von dieser Zeit an in meinen Vortlesungen erwähnt habe, belehrt worden bin, dafs selbst bei Leichnamen von Kindern der Oberarmknochen, welcher doch so locker articulirt ist, nicht verrenkt oder aus seiner Lage gebracht werden kann, ohne dafs zugleich die Gelenkkapsel zerreißt, auch wenn das Gelenk vorher in warmen Wasser erweicht und erschläfft worden ist. Noch deutlicher beweisen HALLERS Versuche, die Erfahrung von der geringen Empfindlichkeit der Bänder. Dieser durchstach nicht nur an lebendigen Thieren die Gelenkbänder, sondern er gofs auch nachher Vitriolsäure und andere ätzende Flüssigkeiten

in die Gelenkkapseln, ohne dafs die Thiere einen merklichen Schmerz geäußert hätten. Hier kann man noch hinzufügen, dafs bei einigen wenigen Operationen, durch welche knorpelige Körper aus dem Kniegelenk gezogen wurden, sich bei ruhigem Verhalten des Gliedes und sorgfältigem Verband die Wunde ohne Schmerzen schloß. (Siehe Pechlin No. 4. Dr. Monro über die Wassersucht S. 170. Zwei knorpelige Körper, wovon ich einen selbst besitze, und den ich Taf. 15. Fig. 1. 2. dargestellt habe, wurden zu zwei verschiedenen malen, der letzte im Jahr 1778 aus dem Gelenke desselben Knies von W. Inglis und Dewar, Wundärzten zu Edinburg, ausgeschnitten.)

Auf der andern Seite bemerken wir einen heftigen Schmerz in den Gelenken; bei weissen Geschwülsten, Podagra, Rheumatismen, und auch dann, wenn Wunden, die entweder zufällig bis in die Gelenkhöhle gedrungen oder absichtlich gemacht worden sind, um das Wasser abzulassen oder fremde Körper auszuziehen, nicht gehörig geschlossen wurden, dem Knie aber alle Bewegung entzogen worden ist. In solchen Fällen ist immer eine heftige und schmerzhaftige Geschwulst des ganzen Gelenkes die Folge gewesen, und wo sie nicht tödlich ablie-

semper consequatur, qui, vbi ipse per se mortem non afferebat, ad vitam seruandam poscebat membri amputationem.

In nonnullis circa tendines experimentis, institutis ab HALLERO aliisque, vbi exsecari necessario bursae quoque mucosae debebant: id sine sensu contingebat. Has bursas in morbis nonnullis, praesertim scrophulosis, sine dolore insigni tumidas vidi. Aliis in morbis, vt in rhevmatismis, in quibus maior excitatur inflammatio, saepenumero bursas mucosas ad articulos manus et ad malleolos dolentissime tumentes videmus; cuius doloris augetur acerbitas, vbi, articulo non flexo, istae partes comprimuntur.

In exemplo supra commemorato, vbi plura corpora cartilaginea in bursa mucosa flexoris pollicis longi deprehensa erant, aegrotus, cum nimis extensa bursa et leuiter nimirum inflammata comprimeretur, dolorem vehementem sentiebat. Eadem ratio est cuiuscunque mobilis cartilaginis in articulo genu, quae haec vel illa caui articularis loca tangens, dolores excitat. Plerumque tunc omnium minime aegrotus dolet, cum ad latera articuli cartilago atrectatu percipitur; alias vero, vt in eo exemplo, quod 1756 ex ore Middletonii accepi, tunc maxime quietus aeger est, vbi cartilago sub patella residens, ne hunc locum derelinquat, iniecta fascia retinetur.

Extractis e bursa mucosa corporibus illis cartilagineis, setaceum tenue per eam traiecimus, quippe glutinato vulnere mox denuo repletum iri humore bursam rati. Inter traiectum setacei parum de dolore aegrotus querebatur: sed tribus diebus post extrahere setaceum coacti sumus inflammatione coorta, quae tamen hanc vtilitatem afferebat, vt oppositi sibi bursae parietes tandem glutinarentur; qua re, quod reliquum medelae erat, perfectum est.

Anno, qui nunc agitur, 1786, aegroti duo me consuluerunt affecti magna synoviae collectione in bursa ea, quae sub tendine extensoris tibiae super patellam est.

fen, da mußte man, um das Leben zu retten, die Amputation des Gliedes unternehmen.

Bei manchen Versuchen über die Sehnen, welche Haller und andere angestellt haben, mußten nothwendig auch die Schleimbeutel mit ausgeschnitten werden, und dieses geschah ohne Empfindung.

In einigen Krankheiten, vorzüglich in scrophulösen, habe ich sie ohne merklichen Schmerz geschwollen gesehen. Bei andern Krankheiten, als Rhevmatismen, wo eine größere Entzündung erregt wird, sehen wir häufig die Schleimbeutel an den Handgelenken und an den Knöcheln sehr schmerzhaft geschwollen, und der Schmerz wird noch vermehrt, wenn man, ohne das Gelenk zu beugen, auf diese Theile drückt.

In dem von mir beschriebenen Fall, wo mehrere knorpelige Körper in dem Schleimbeutel des langen Daumenbeugers gefunden wurden, fühlte der Patient, wie der Schleimbeutel zu sehr ausgedehnt und wahrscheinlich leicht entzündet war, einen heftigen Schmerz, sobald ein Druck darauf geschah. Derselbe Fall ist es, wenn sich ein beweglicher Knorpel im Kniegelenk befindet, wo derselbe, wenn er an manche Stellen der Gelenkhöhle kommt,

Schmerz erregt. Gemeinlich ist der Patient am ruhigsten, wenn der Knorpel an den Seiten des Gelenkes gefühlt werden kann, aber in einigen Fällen, so wie unter andern, in einem den ich 1756 von Herrn Middleton erwähnen hörte, ist der Patient am ruhigsten, wenn der Knorpel unter der Kniescheibe steckt, und durch eine Bandage daselbst festgehalten wird, daß er nicht aus dieser Lage weichen kann.

Als die knorpeligen Körper aus dem Schleimbeutel herausgezogen worden waren: so wurde ein ganz dünnes Haarseil durchgezogen; weil wir für gewiß annahmen, daß der Schleimbeutel, wenn man den Einschnitt sich wieder schließen liefse, bald wieder durch Feuchtigkeit ausgedehnt werden würde. So lange die Haarschnur eingebracht wurde, beklagte sich der Patient nur wenig über Schmerz, aber drei Tage nachher sahen wir uns genöthigt, sie wieder herauszuziehen, weil eine heftige Entzündung nachfolgte, welche jedoch bewirkte, daß eine Vereinigung der einander entgegengesetzten Wände des Schleimbeutels zu Stande kam, wodurch die Kur vollendet ward.

Im Laufe des gegenwärtigen Jahres 1786 wurde ich von zwei Patienten um Rath gefragt, welche eine beträcht-

In vtraque frustra tentatis vnguentis emplastrisque discutientibus, emittebatur humor scalpri paracentici ope, quod, vt aërem a cauo praecluderemus, oblique immittebatur.

Notari operae pretium est humorem illum emissum, postquam ita tractatus igne fuisset, vt ebulliret, materiae, quam coagulabilem dicunt, multo plus continuisse, quam in sana quidem synouia solet reperiri. Alteri aegroti leuamen nullum, nisi breui transitorium, operatio chirurgica attulit, neque aut inflammationem aut dolorem socios habuit. Alteri vehementer genu inflammabatur et pus reddebat, hanc puta ob causam, quia et trepidus aegrotus solebat esse, et aëri externo liber erat aditus; quare vitari non potuit membri amputatio.

Haec cuncta perspicuam faciunt bursarum mucosarum cum capsulis articularibus, tam quod ad sensum, quam quod ad structuram morbosque attinet, summam similitudinem.

liche Anhäufung von Gelenkschmiere in dem Schleimbeutel hatten, welcher unter der Sehne der Ausstreckmuskeln des Schienbeines über der Kniescheibe liegt.

Bei beiden wurde nach vergeblich versuchter Anwendung von zertheilenden Salben und Pflastern, die Feuchtigkeit durch einen lanzettförmigen Troïkar herausgelassen, welcher um den Zutritt der Luft zu verhindern, schief eingestochen wurde.

Es verdient wohl bemerkt zu werden, daß diese ausgelassene Feuchtigkeit zur Siedehitze gebracht, eine weit größere Menge gerinnbarer Materie enthielt, als man bei der Gelenkschmiere im gesunden Zustand findet. In

dem einen Fall wirkte die Operation nur palliativ, und war weder mit Entzündung noch mit Schmerz begleitet; aber in dem andern Falle entzündete sich das ganze Knie heftig und eiterte, wahrscheinlich aus der Ursache, weil der Patient immer unruhig war, und die äußere Luft eindrang, so daß die Abnehmung des Gliedes unvermeidlich war.

Aus allen diesen Umständen ist es evident, daß die Schleimbeutel mit den Gelenkkapseln sowohl ihrer Empfindlichkeit als überhaupt ihrem Baue und ihren Krankheiten nach, die größte Aehnlichkeit haben.

S E C T I O S E P T I M A .

STRUCTURAE BURSARUM MUCOSARUM CUM STRUCTURA PLEURAE, PERICARDII ET PERITONAEI COMPARATIO.

Liceret forsitan nobis paullo vterius euagari atque consiliis nostris accommodare tum pericardii et pleurae et peritonaei adiposum apparatus; tum vero etiam illud naturae institutum, quod, quantum adipis in harum membranarum duplicatura est, id commodatum quarundam peculiarium caussa collectum ibi videtur esse: veluti in mucrone cordis, in omento, atque in ipsis coli appendicibus. Verum enimvero non pariter in istarum partium membranarum, earum adipem obducentibus, quam in capsulis articularibus bursisque mucosis, fimbrias illas siue taeniolas folliculosas animaduertimus, quas in articulis ductus excretorios putauimus esse; etiam multo pauciora vasa sanguinem rubrum ducentia in celluloso textu inter adipem membranasque illas distributa sunt. Quare probabile est humorem, qui in articulis bursisque mucosis secernitur, nonnihil ab iis humoribus discrepare, qui in cauo thoracis abdominisque cauo sunt.

Nihilominus magna inter has partes structurae similitudo intercedit, quae magis etiam sese manifestat exemplo hydroceles in tunicae vaginali testis ortae, cui ALEXANDER WOODIUS, me praesente manum chirurgicam adhibuit. Hic tunica vaginalis corpuscula cartilaginea nonnulla exhibebat, quorum vnum leuiter epididymi adhaerebat, tria autem reliqua, etsi vaga videbantur esse, quippe humori innatantia, forsitan ta-

SIEBENTER ABSCHNITT.

Vergleichung des Baues der Schleimsäcke mit dem Baue des Brustfelles, des Herzbeutels und des Bauchfelles.

Wir könnten vielleicht einen Schritt weiter gehen, und bemerken, daß der Herzbeutel, das Brustfell und das Bauchfell mit Fettsubstanz versehen sind, und daß das in der Duplicatur dieser Häute befindliche Fett zu besonderem Zwecke angesammelt zu sein scheint, wie an der Spitze des Herzens, an dem Netze und selbst an den Fettanhängen des Grimmdarmes. Aber wir finden in dem häutigen Fettüberzuge dieser Theile nicht wie in den

Gelenkkapseln und Schleimsäcken, jene Franzen oder zottigen Bändchen, die wir in den Gelenken für die Ausführungsgänge der Drüsen gehalten haben; auch sind wenigere rothes Blut führende Gefäße in der zelligen Substanz zwischen dem Fett und jenen Membranen zerstreut. Deshalb ist auch wahrscheinlicher Weise die Flüssigkeit, welche in den Gelenken und Schleimsäcken abgesondert wird, etwas von derjenigen unterschieden, die sich in der Brust- und Unterleibshöhle befindet.

Inzwischen ist hier eine große Ähnlichkeit in der Structur vorhanden; und ich kann dieses noch mehr durch den Fall eines Wasserbruches in der Scheidenhaut des Hoden beweisen, wo Herr Alexander Wood in meiner Gegenwart die Operation verrichtete, und wo kleine knorpelige Körper in der Scheidenhaut vorhanden waren, von denen einer ganz leicht an dem Nebenhodan anhieng; die drei übrigen aber schienen frei und los zu sein, sie schwammen in der Flüssigkeit herum, waren aber vielleicht wäh-

men, dum culter accederet, ab interno sacci latere abrupta fuerant. (Vid. Tab. XV. Fig. 19-23.)

Horum grandium thoracis abdominisque saccorum vulnera plerumque insignis sequitur maximeque periculosa inflammatio.

Atque equidem cum hoc periculum, caussa eius diligenter explicata, maximam partem tolli posse existimem, hac de re paullo fusius in sequente sectione dicam.

rend der Operation von der innern Seite des Sackes losgerissen worden. (Siehe Taf. 15. Fig. 19-23.)

Wänden dieser großen Säcke der Brust und des Unterleibes bringen gemeinlich auch einen hohen Grad von Entzündung hervor, welche mit den gefährlichsten Folgen begleitet ist.

Da ich vermüthe, daß die Gefahr größtentheils verhütet werden kann, wenn man die Ursache derselben näher bestimmt, so werde ich hiervon etwas ausführlicher in dem folgenden Abschnitte handeln.

S E C T I O O C T A V A .

DE CAUSSA PERICULI IN INFLAMMATIONIBUS EX SACCORUM CLAUSORUM VULNERATIONE ORTIS, DEQUE VIA EAS EVITANDI.

Tum fractorum consideratio et luxatorum, quibus maior semper, vbi complicata, quam vbi simplicia sunt, inflammatio, dolor, ac periculum accidunt, tum exempla a nobis allata grauitatis eorum vulnerum, quae in cauum vsque capitis, aut thoracis, aut abdominis penetrarunt, in eam me adduxerunt opinionem, vt grauiora symptomata, aëris magis accessui, quam merae partium solidarum et membranosarum *diageses* adscribenda existimarem. Atque in ea opinione confirmatus sum plurimis, quae cum alias, tum praesertim anno 1771 in brutis animantibus viuis insütueram, experimentis. Aperitis enim, vario consilio, pectoris abdominisque cauis, periculi magnitudo non tam e vulneris inflictis amplitudine, quam e tempore modoque, quibus aëris iniuriam viscera paterentur, pendebat. Itaque cum semper, tum ex illo potissimum tempore, in acrosibus meis studiose ostendi, quanti momenti esset vel in operationibus, quae manu fiunt, vel in vulnere fortuitorum cura, externo aëri accessum, quantum fieri potest, prohiberi.

Quandocunque igitur, ad corpora cartilaginea, cuiusmodi supra descripta sunt, extrahenda, incidendus genu articulus erat: equidem, quam nunquam impune negle-

ACHTER ABSCHNITT.

Von der Ursache der gefährlichen Entzündung
welche die Verwundung eines geschlossenen
häutigen Sackes nach sich zu ziehen pflegt,
und von den Mitteln sie zu verhüten.

Bei der Betrachtung, daß Beinbrüche oder Verrenkungen einen weit höheren Grad von Entzündung, Schmerz und Gefahr zur Folge haben, wenn sie complicirt, als wenn sie einfach sind, und bei den verschiedenen angeführten Erfahrungen von der Bedenklichkeit solcher Wunden, welche bis in die Höhlen des Kopfes, der Brust oder des Unterleibes eindringen, bin ich immer der Meinung gewesen, daß die schlimmsten Zufälle wohl mehr dem Zutritt der Luft, als der bloßen Trennung der festen und häutigen Theile zuzuschreiben sein möchten. In

dieser Meinung bin ich durch eine große Anzahl von Erfahrungen bestärkt worden, welche ich zu verschiedenen Zeiten, besonders aber im Jahr 1771 an lebendigen Thieren gemacht habe. Es wurden nemlich an denselben aus allerlei Absichten die Höhlen der Brust und des Unterleibes geöffnet; aber die daraus entstandene Gefahr war auf keine Weise in Verhältniß mit der Größe der gemachten Wunde, sondern vielmehr mit der Zeit und der Weise, nach welchen die Eingeweide der äußern Luft ausgesetzt waren. Ich habe daher beständig, besonders aber seit jener Zeit in meinen Vorlesungen auf die Vortheile aufmerksam gemacht, welche man hat, wenn bei verschiedenen Operationen, oder auch bei der Behandlung zufälliger Wunden, darauf gesehen wird, daß die Luft so wenig als möglich Zutritt zu den entbloßten Theilen erhalte.

In dem Falle demnach, wo ein Einschnitt in das Kniegelenk gemacht werden sollte, um solche knorpelige Körper herauszuziehen, wie oben beschrieben worden sind, habe ich immer einen Rath gegeben, welcher nicht genug empfohlen werden konnte, und bei dessen Vernachlässi-

ctam aut accepi, aut ipse vidi rationem, eam semper praecepi atque commendavi sollicite, scilicet, prius, quam incisum fuerit, cutim quam maxime sursum trahendam esse: tum autem, cartilagineo corpore extracto, obtegendum ligamenti articularis vulnus esse, partim ipsa cute in locum suum restituta, partim fascia apte iniecta; deinde vero etiam quieto statu articulum esse seruandum; denique medelam antiphlogisticis absoluendam.

In perforando cranio suasi semper non totum secari os modulo, sed eius sisti rotationem, simulac tam tenuis lamella ossis interior supersit, vt eleuatorio vel forcipe frangi facile possit. Qua ratione efficitur, vt neque cerebrum fortius comprimatur, neque dura meninx laceretur, neque aër externus in summum cerebrum penetret; quibus cunctis, vt experimenta me docuerunt ante triginta fere annos in porcellis sex instituta, vehementer augetur periculum.

Si aër per pleurae caua viam sibi panderit, iam anno 1758 thoracis proposui paracentesin, eamque suasi acu minuta paracentica confici caute transuersim traiecta: tum retracto stilo emissoque aëre, immitti cannulam flexilem, quae obturaculo arte clausa sit, quo exitus aëri pateat, vsque dum saucius pulmo glutinatus fuerit; denique ante, quam etiam cannula retrahatur, omnem aërem in pleura reconditum, aut per syringem aut per ampullam elasticam sugi. Et haec quidem hoc fere modo, anno 1769, cum aegroti leuatione et prospero curationis successu, me duce, peracta sunt. Cuius exempli enarratio a KELLINIO chirurgo, qui adhuc inter viuos est, communicata est cum DUNCANIO atque ab eo postea descripta.

Jam cautae huius viae atque rationis loco HEWSONIUS et qui eum sequuti sunt, incisionem cultro faciendam proposuerunt, quam equidem inueni in ipsis, quibus adhibeatur, bestiis, licet sanis, plerumque mortiferam; scilicet propter vehementem inflam-

gung ich in mehr als einem Falle von den traurigsten Folgen hörte, oder selbst Zeuge war, den nemlich: die Haut, bevor der Einschnitt geschieht, so viel als möglich in die Höhe zu ziehen, nach der Herausnahme des knorpeligen Körpers aber die Wunde des Gelenkbandes, dadurch, daß man die Haut in ihre natürliche Lage zurückbringt, durch schicklichen Verband zu bedecken, zu gleicher Zeit aber das Gelenk in Ruhe zu halten und mit dem Gebrauch antiphlogistischer Mittel fortzufahren.

Sic vbi vero chirurgus tempestiue accesserit, tunc frustra instituta, quam solent, ad intestina reponenda adhibere, ratione, prius, quam plerumque fit, et quam inflammatione partes praeter naturam coaluerint, scalpello res agenda est ita, vt cute annuloque incisis, adstrictio tollatur. His ita institutis intestina, quae, licet inter se complicata sint, tamen propterea in discrimine non sunt, reduci in ventrem leni pressu possunt. Quae autem incisum anulum tendineum inflammatio sequitur, ea, praesertim si cutaneum vulnus consutum fuerit, vix insignior erit, quam quae vnus cutis separationem comitatur.

Atque hic tanquam in transcurso monebo annuli in hernia crurali sectionem nequam ita periculosam esse, quam nuperi quidam et magna auctoritate scriptores arbitrantur (Porr. p. 308.). Modo ea cautio adhibeatur, vt versus umbilicum vertatur scalpelli acies, quae quidem hac directione satis longe ab arteria hypogastrica et a funiculo umbilicali distat. Simul in modum serrae scalpellus ducendus est, et caute singulae fibrae tendineae deinceps separandae.

Quodsi, annulo separato, aegre intestina in ventrem cogi patiuntur, ea praesertim in herniis congenitis coarctari collo tumoris strictiore non sine causa suspi-

der gewöhnlichen Operationsmethode bloß davon her, daß die Eingeweide der Luft ausgesetzt worden; da aber dieser wesentliche Punkt von verschiedenen andern Schriftstellern, welche neuerdings über denselben Gegenstand geschrieben haben, nicht richtig erkannt worden ist: so haben sie diese Methode aus eben so unzureichenden Gründen verworfen, als diejenigen waren, nach welchen sie von Petit vorgeschlagen wurde.

Ueberhaupt bin ich überzeugt, daß manches Menschenleben gerettet werden könnte, wenn man bei der Bruchoperation folgende Regeln zu Acht nähme.

Die von den Schriftstellern anempfohlene Methode ist zu befolgen: wenn der Wundarzt nicht eher gerufen wird, als bis die Eingeweide offenbar vom Bande ergriffen worden sind.

Ist aber der Wundarzt zu rechter Zeit gerufen worden: so muß er, wenn die gewöhnliche Methode, die Eingeweide zurückzubringen, vergeblich versucht worden ist, zeitiger an die Operation gehen als es gewöhnlich geschieht, und bevor noch durch die Entzündung eine Verwachsung hervorgebracht worden sein kann. In diesem Falle würde die Operation nach der Trennung der Haut bloß darin bestehen, daß man durch Zerschneidung der Bauchmuskelschne die Zusammenschmürung hebt.

Wenn auf diese Art die dem Bauchringe zugekehrte Haut durchschnitten, und die Einklemmung durch Trennung der Sehne gehoben ist, so können die Eingeweide durch einen sanften Druck wieder in den Unterleib zurück gebracht werden, ohne daß ihrer Verwickelungen wegen etwas für sie zu fürchten wäre. Die Entzündung, welche auf die Durchschneidung der Sehne folgt, wird besonders, wenn die Hautwunde durch eine Nath vereinigt ist, kaum beträchtlicher sein, als wenn die Haut allein getrennt worden wäre.

Beiläufig will ich hier anmerken, daß bei dem Schenkelbruch, die Durchschneidung der Sehne keineswegs mit der Gefahr verknüpft ist, die sich einige der neuesten und angesehensten Schriftsteller vorstellen (Porr S. 308.). Vorausgesetzt, daß die Schneide des Messers gegen den Nabel zugerichtet wird; denn in dieser Richtung ist es weit genug von der untern Bauchschlagader und von dem Samenstrang entfernt; zugleich muß man das Messer wie eine Säge führen, und damit vorsichtig eine Sehnenfaser nach der andern trennen.

Wenn nach getrennter Sehne die Eingeweide nicht ohne Schwierigkeit in den Unterleib zurückgebracht werden können, so hat man alsdann Grund zu vermuthen, daß sie durch eine Zusammenschmürung im Halse des

cantur. Atque in his primum omnium soluenda coarctatio est. Vbi tumor sub strictiore collo tenuis et pellucidus est, neque est, quod intestinorum ad tumorem adhaesio timeatur: aptissime sub loco constricto tumor paulum inciditur, incisoque specillum paruum, sulco instructum, traicitur, super quo patentior plaga caute fiat. Quodsi vero crassus tumor est, et colore obscuro, et intestinorum cum eo concretio metuenda est: tunc facillime ac tutissime super coarctationem in peritonaeum inciditur; tum, quo incisum est loco, eo specillum, extrema parte incurvatum ita traicitur, vt deorsum apice spectans, per constrictum locum in tumorem deueniat. Quo facto super huius specilli apice alia etiam plaga parua inciditur; tum aut super hoc ipso apice, porro adlubito, aut super specillo immisso, sulcum habente, tumoris collum praeciditur.

Cum anno 1772, vna cum DEWARIO chirurgo, accessitus essem herniae cruralis caussa, in qua tumor et crassus et obscurus erat, neque deerat adhaesionis suspicio: suadebam eam, de qua modo diximus, incidendi rationem; quae sine magna difficultate perficiebatur. Haud diffilius duabus amplius in causis eadem adhibita medela est: altera, cui, anno 1782, vna cum SIMONIO et CALDERWOODIO aderam; altera, in qua socius eram ALEX. HAMILTONIO, D. et ANDREAE WOODIO, chirurgo.

Peractis, de quibus paulo ante exposuimus, negotiis, iam id agendum est, vt intestina, tumore non latius aperto, manu coacta in ventrem relabantur. Vulneris cutanei labia diligenter per suturam hoc modo copulanda sunt, vt singula fili foramina ad digiti latitudinem inter se distent, quo aëris accessus arceatur; deinde cutaneum vulnus obtegendum multo linteo carpto, quod cerato simplici imbutum sit; denique insuper splenium imponendum.

In herniis congenitis, vbi intestina cum testiculo in eodem velamine continentur,

Bruchsackes eingeklemmt sind, besonders bei angebohrnen Brüchen. Hier muß zunächst die Zusammenschnürung gehoben werden. Ist der Bruchsack unter der verengerten Stelle seines Halses dünn und durchsichtig, und ist kein hinreichender Grund vorhanden, eine Adhaesion der Eingeweide mit dem Sacke zu besorgen, so ist das schicklichste Verfahren das, daß man unter der Structur eine kleine Oeffnung in den Sack macht, dadurch eine kleine Hohlsonde einbringt, und auf dieser vorsichtig den Schnitt vollführt. Wenn aber der Sack dick und von einer dunkeln Farbe ist, und wenn man dabei besorgen muß, daß die Eingeweide mit ihm verwachsen wären, so besteht denn das leichteste und sicherste Verfahren darin, daß man das Loch über der Zusammenschnürung ins Bauchfell macht, durch dasselbe eine gewöhnliche auf ihrem Ende bogenförmig gekrümmte Sonde einbringt, so daß sie mit ihrer Spitze abwärts gerichtet, durch die Zusammenschnürung in den Sack gelangt; nun macht man mit der größten Behutsamkeit auf dieser Spitze eine kleine Oeffnung und zerschneidet auf dieser oder auf einer eingebrachten Hohlsonde den Hals des Sackes vollends.

In dem Fall eines Schenkelbruches, wozu ich mit

Herrn Dewar im Jahre 1772 gerufen wurde, war der Sack dick und undurchsichtig, auch dem Anscheine nach verwachsen, deshalb schlug ich diese Operation vor, und sie wurde ohne sonderliche Schwierigkeit ausgeführt. Mit derselben Leichtigkeit wurde eine ähnliche Operation vollbracht, welcher ich im Jahre 1782 mit Herrn Simson und Calderwood beiwohnte, und ganz neuerlich noch in einem Falle, bei dem ich mit dem Dr. Alexander Hamilton und dem Wundarzt Andrew Wood zugegen war.

Nach den angeführten Verrichtungen müssen die Eingeweide durch einen Druck auf den Bruchsack zurückgebracht werden, ohne ihn jedoch weiter zu öffnen. Die Wunde der Haut vereinigt man sorgfältig durch die Nath, indem man die Stiche ungefähr eines Fingers breit von einander macht, damit der Zutritt der Luft dadurch verhütet wird, auch bedeckt man die Hautwunde mit einem großen Stück Charpie, das mit ganz einfachem Cerat bestrichen worden ist, und hierüber legt man noch eine Kompresse.

Bei angebohrnen Brüchen, wo die Eingeweide mit dem Hoden in einem und demselben Sacke befindlich sind, ist es noch nöthiger, als in den meisten Fällen ei-

magis etiam, quam in plurimis reliquis herniis abstinence necesse est, a tumore aperiendo. Testiculi enim inflammatione haud parum discrimen augetur.

In hernia quadam congenita, quam anno 1774, socio mihi CLARKSONIO facto, curabam, cum ante operationem testiculus maximam partem reconditus fuisset post intestina, quae in infimum vsque scrotum deuoluta erant: tam parum inter curationem testiculus inflammatus inueniebatur, vt ne crassior quidem multo factus esset.

Sed ante, quam finem huic operi imponam, monendum mihi est quam parum accurati sint scriptores recentiores in herniis congenitis distinguendis. Etenim PORTIUS, pag. 311. (Vid. Sect. I. 36.) „Externa, inquit, herniarum species in tenerrima quidem aetate, num congenitae sint, docebit, sed nullo modo in adultis; quorum herniae num ad illud ipsum genus referri debeant, alia ratione non cernitur, nisi quod a pueris hernia laborauerint. Et signum externum nullum exstat, quo possit, vtrum congenita sit hernia, necne, discerni; ex quo neque ad artis vsum video magnam vtilitatem redundare.“

Mihi vero alia sententia est. Etenim primum omnium videtur mihi fieri posse, vt hernia, etsi congenita non sit, a prima tamen pueritia exstiterit. Deinde est profecto in adultis perspicuum herniae congenitae signum id, quod in hoc quidem herniae genere intestina et inter saccum et inter anteriorem partem testiculi eiusque latera ita saepe delabuntur, vt prorsus inuolutum testem ambient: cum e contrario in aliis iisque frequentioribus herniis quaeque testiculi pars perspicue tactu discerni possit. Denique magnam vtilitatem habet huius differentiae notatio. Namque in herniam congenitam quocunque demum modo incisum sit, quia inflammationem testiculus participat, nisi aër externus summa cura pracludatur, grauior semper inflammatio et peiora symptomata accidunt, quam in hernia simplici.

nes gewöhnlichen Bruches, daß man die Oeffnung des Bruchsackes vermeidet, weil die Entzündung des Hoden die Gefahr beträchtlich vermehren würde.

Bei einem Subjecte, welches ich an einem angebohrten Bruche im Jahre 1774 mit Hrn. Clarkson in der Kur hatte, war der Hode vor der Operation größtentheils hinter den Eingeweiden versteckt gewesen, welche bis auf den Grund des Hodensackes herabgesunken waren, es fand sich aber an dem Hoden während der Kur so wenig Entzündung, daß er nicht einmal merklich dicker geworden war.

Ehe ich schliesse, muß ich noch den Mangel der Genauigkeit bemerken, welchen sich die neuern Schriftsteller zu Schulden kommen lassen, wenn sie die angebohrten Brüche unterscheiden wollen. Herr Port sagt pag. 311. (Siehe den 1. Abschn. 36.): „das äußere Ansehen eines Bruches in dem sehr frühen Jugendalter wird es allezeit wahrscheinlich machen, daß der Bruch von dieser Art sei; aber bei einem Erwachsenen hat man weiter keinen Grund dazu, einen Bruch zu dieser Art zu rechnen, als den, daß der Patient schon von Kindheit an damit behaftet gewesen sei. Es ist kein äußeres

„res Kennzeichen vorhanden, wodurch er mit Gewißheit von einem andern unterschieden werden kann, der in einem gewöhnlichen Bruchsacke enthalten ist; auch würde es für die Praxis kein wesentlicher Nutzen sein, wenn ein solches Kennzeichen vorhanden wäre.“

Hiegegen liesse sich folgendes erinnern: 1) daß ein Bruch, wenn er auch kein angebohrter ist, wohl von früher Kindheit an gedauert haben kann. 2) Daß ein angebohrter Bruch bei einem Erwachsenen durch ein deutliches äußeres Kennzeichen unterschieden werden kann; dieses nemlich: daß die Eingeweide zwischen dem Sack, dem Vordertheil und der Seite des Hoden hinabgleiten, so daß er oft beinahe ganz versteckt wird; da hingegen bei einem gewöhnlichen Bruche, jeder Theil des Hoden deutlich gefühlt werden kann. 3) Führe ich noch an, daß es von wesentlichem Nutzen sei, diesen Unterschied zu machen, weil bei dem angebohrten Bruche, die Operation sei auf diese oder jene Art gemacht worden, immer, weil der Hode mit entzündet wird, eine heftigere Entzündung und schlimmere Zufälle eintreten werden, als bei dem einfachen Bruche: wenn man nicht die äußerste Sorgfalt anwendet, das Eindringen der Luft zu verhüten.

S E C T I O N O N A.

APPENDIX DE MORBIS BURSARUM MUCOSARUM.

Morbos bursarum mucosarum KOCHUS et post eum HERWIGIUS scriptis, quae supra commemorata sunt, copiose exposuerunt. Atque hunc quidem locum fusius explanare cum videatur mihi contra instituti huius rationem esse: scripta, de quibus modo dixi, adire lectori suadeo, atque an ex observationibus colligi plures bursarum mucosarum morbi, quam tumores et concreciones possint, aliis iudicandum relinquo. Liceat modo iis, quae circa tumores bursarum mucosarum MONROUS disputavit, nonnulla addere, eamque rem hac ratione considerare, cuius adhibendae copiam facere videntur observationes super morbis commemoratis institutae. Eaque ratio apta forsitan est ad iustam eorum medicinam.

Quamvis parum humoris in sano statu bursae mucosae contineant, fieri tamen potest, vt ad enormem magnitudinem intumescant. CAMPERUS tumorem bursae mucosae describit, caput infantis aequantem.

Horum tumorum caussae partim internae sunt, partim externae. Ad internas referri possunt arthritis, rheumatismus, scrophulae et colica Pictonum. Externae caussae sunt luxationes articularum, et contusiones aut lacerationes tendinum, ligamentorumue articularium. Quin frequens adeo in genua prolapsio eiusmodi praeter naturam accidentium tumorum caussa esse potest. Quare etiam militum primi ordinis consuetudo in genu se proiiciendi, cum sclopeta exploduntur, nuper coercita est.

NEUNTER ABSCHNITT.

Anhang von den Krankheiten der Schleimsäcke.

Die Krankheiten der Schleimsäcke sind von Koch und nach ihm von Herwig in den oben angeführten Schriften umständlich auseinander gesetzt worden. Da es mir aber wider die Absicht der gegenwärtigen Schrift zu sein scheint, diese Materie hier weitläufig abzuhandeln, so verweise ich den Leser auf die eben angeführten Schriften, und überlasse die Untersuchung und Entscheidung der Frage: ob man wirklich durch Beobachtungen berechtigt ist, mehrere Krankheiten der Schleimsäcke anzunehmen, als ihre Geschwülste und die Concremente in denselben? der Beurtheilung Anderer. Nur zu den Bemerkungen Monro's über die Geschwülste der Schleimsäcke sei es mir er-

laube, hier einiges hinzuzufügen, und diese Sache in einen Gesichtspunkt zu bringen, zu welchem die Beobachtungen über die erwähnten Krankheiten zu berechtigten scheinen, und welcher vielleicht zu einem richtigen Heilverfahren leiten kann.

Die Schleimsäcke können, so wenig Flüssigkeit sie auch im gesunden Zustande enthalten, dennoch zu einer ungeheuren Größe anschwellen. Kamper beschreibt die Geschwulst eines Schleimsackes, die zur Größe eines Kinderkopfes gediehen war.

Die Ursachen solcher Geschwülste sind theils innerliche, theils äußerliche. Zu den innerlichen kann man Gicht, Rheumatismus, Scrophelkrankheit und Bleikolik rechnen. Äußerliche Ursachen sind Verrenkungen der Gelenke und Quetschungen oder Zerreißen der Sehnen oder Gelenkbänder. Selbst das öftere Niederfallen auf die Knie kann zu dergleichen widernatürlichen Ausdehnungen Gelegenheit geben. Weshalb man auch neuerlich bei dem Militair das gewöhnliche Niederknien des ersten Gliedes beim Feuern eingeschränkt hat.

Bursae, tam vesiculares, quam vaginales, his tumoribus obnoxiae sunt.

Possunt tumores bursarum mucosarum in frigidos et inflammatos distribui. Frigidorum porro duo genera sunt: alterum mollium, qui compressi resiliunt, alterum eorum, qui tam duri sunt, vt comprimi non possint. Atque ad hos ganglia, quae vocantur, referri possunt.

Bursarum tumores inuestigatu interdum difficiles sunt, quippe qui in caussis nonnullis speciem prae se ferant aut tumorum in capsulis articularibus, aut abscessuum sub cute.

Bursarum tumor a capsulis articularibus expansis in eo discrepat, quod certioribus limitibus circumscriptus est, et plerumque aut supra, aut infra articulum prodit, nec aequae atque illae mobilis est. Capsularum articularium autem humor facilius ex vno loco in alterum pelli potest; etiam articulus toto suo ambitu distentus est. Abscessus autem in tela cellulosa cutis apparent magis ad superficiem, et in plures quam tumores bursarum, directiones expanduntur. Peruestigata fluctuatione eiusque conditione raro de genere tumoris, qui in caussa est, ambigi potest. Vbi intra tumorem mollia concrementa sunt, fluctuatio perspicue cognoscitur; duris vero intra tumorem corporibus natis, fluctuatio nulla animaduertitur, sed corpora peregrina plus minus tactu notari possunt.

Tumores bursarum frigidi raro, certe non vehementer, dolent. Molliores vestigia digiti impressi non seruant, et pressi resiliunt fortius, quam qui pus continent. Principio spatium paruum occupant: tempore tamen humor ita augetur, vt totus paene articulus in tumore sit. Frequentissime ad regionem articuli genui occurrunt.

Tumores bursarum duri ad bursas vaginales in regione articuli carpi plerumque apparent, et gangliorum nomen habent. Atque hi quidem, forma rotunda, lacui,

Sowohl die Schleimbälge als die Schleimscheiden sind diesen Anschwellungen unterworfen.

Man kann die Geschwülste der Schleimsäcke in kalte und entzündete einteilen. Die kalten sind wieder von zweierlei Art. Sie sind nemlich entweder weich und elastisch, oder so hart, daß sie keinen Eindruck annehmen. Zu letzteren können die sogenannten Ueberbeine gerechnet werden.

Die Untersuchung der Geschwülste der Schleimsäcke ist bisweilen mit verschiedenen Schwierigkeiten verbunden, denn in manchen Fällen können sie mit den Geschwülsten der Gelenkkapseln oder Abscessen unter der Haut verwechselt werden.

Von den ausgedehnten Gelenkkapseln ist die Geschwulst der Schleimsäcke darin verschieden, daß sie mehr begrenzt ist, und sich meistens oberhalb oder unterhalb dem Gelenke zeigt, auch nicht so viel Beweglichkeit hat. Die Feuchtigkeit in den angeschwollenen Gelenkkapseln läßt sich leichter von einer Stelle zur andern treiben, auch ist das Gelenk in seinem ganzen Umfange aufgetrieben. Abscesse in dem Zellgewebe der Haut aber erscheinen oberflächlicher und verbreiten sich mehr nach verschiedenen Richtungen als Schleimsackgeschwülste. Die

Untersuchung der Fluctuation und ihrer Beschaffenheit läßt selten in Ungewißheit über die Art, von welcher die Geschwulst ist, die man vor sich hat. Befinden sich innerhalb der Geschwulst weiche Concremente, so läßt sich sehr deutlich eine Fluctuation unterscheiden. Wenn hingegen harte Körper innerhalb der Geschwulst entstanden sind, so ist keine Fluctuation wahrzunehmen, aber die fremden Körper kann man mehr oder weniger durch das Gefühl erkennen.

Die kalten Geschwülste der Schleimsäcke sind selten und wenigstens nicht in hohem Grade schmerzhaft. Die weicheren behalten den Eindruck des Fingers nicht, auch zeigen sie mehr Elasticität als diejenigen Geschwülste, welche Eiter enthalten, anfangs nehmen sie einen kleinen Raum ein, mit der Zeit aber häuft sich die Feuchtigkeit dergestalt an, daß die Geschwulst beinahe das ganze Gelenk einnimmt. Am häufigsten erscheinen sie in der Gegend des Kniegelenkes.

Die harten Geschwülste der Schleimsäcke erscheinen meistens an den Schleimscheiden in der Gegend des Handgelenkes, und sind unter dem Namen der Ueberbeine bekannt. Sie erscheinen als runde, glatte und sehr harte Erhabenheiten unter der Haut, und sind mehr oder wo-

durissimi sub cute eminent, plus minusue mobiles. Primum minuti sunt; crescunt paullatim, raro tamen vsque ad amplitudinem oui gallinacei. Plerumque pars tantummodo bursae vaginalis aut super vaginam tendinis protrusa ibique extensa est, aut per septa membranacea a parte maiori bursae mucosae separata.

Tumores bursarum, quantum hactenus observatum est, non inflammantur, nisi laesione extrinsecus facta aut vi illata. Inflammati produnt sese doloris vehementia, et suppuratione, in quam interdum abeunt.

Humor in tumoribus cumulatus pro caussarum occasione diuersa diuersam naturam habet. Vbi tumor arthritici aut rheumatici generis est: tenuis humor et aquosus apparet; tenacior vero et ouorum albumini similis humor est, si tumor, vt in gangliis, caussa extrinsecus accedente natus est. In tumoribus autem inflammatis collectus humor densus est, tenax ex rubicundus.

Vbi in tumoribus frigidis iisque mollibus non statim principio idoneum auxilium adhibetur, pertinax saepe inde chronicum malum, nunquam penitus sanabile, nascitur. Et cum in membranas tendinosas effusi humores nunquam tam facile resorbeantur quam solent ii, qui in tela cellulosa aut aliis partibus stagnarunt: praecipua cura in eo ponenda est, vt tumor crescere prohibeatur. Quod quidem fit remediis adstringentibus extrinsecus adhibitis.

CAMPERUS medicamentis externis, discutientibus, spirituosis, admixta Camphora, bursarum mucosarum tumores non inueteratos sanauit. Qua medicina nimis sero adhibita vbi discussio non succedit, bursam aut cultro, aut acu paracentica, aut cauterio aliquo aperire suadet. Atque hic quidem ex bursa, quae sub genu est, ad magnitudinem capitis puerilis expansa, per acum paracenticam vncias sedecim humoris pellicidi, rubicundi, paullum tenacis emittebat. In bursae cauo plures cellulae membra-

niger beweglich. Anfangs sind sie ganz klein, nach und nach wachsen sie aber: doch erreichen sie selten die Größe eines Hühneries. Gewöhnlich ist es nur ein Theil einer Schleimschleide, welcher entweder über die Sehnen-schleide herausgedrängt und daselbst ausgedehnt, oder durch häutige Scheidewände von dem größern Theile der Schleim-schleide abgesondert wird.

Entzündete Geschwülste der Schleimsäcke entstehen nach den bisherigen Beobachtungen bloß nach äußeren Verletzungen oder Gewalthatigkeiten. Sie verrathen sich durch den heftigen Schmerz und durch die Eiterung in welche sie zuweilen übergehen.

Die in den Geschwülsten angehäuften Feuchtigkeit ist nach der veranlassenden Ursache von verschiedener Beschaffenheit. Wenn die Geschwulst gichtischer oder rheumatischer Art ist, so erscheint die Feuchtigkeit dünn und wässrig, zäher und eiweißartig ist die Feuchtigkeit, wenn die Geschwulst, wie bei dem Ueberbeine, durch eine äußere Veranlassung entstanden ist. In entzündeten Geschwülsten aber ist die angehäuften Feuchtigkeit dicht, zäh und röthlich.

Wenn bei den weichen kalten Geschwülsten nicht

gleich im Anfange schleunige Hülfe geschaff wird, so entsteht oft daraus ein langwieriges chronisches Uebel, was nie vollkommen geheilt werden kann. Da in sehnige Häute ergossene Feuchtigkeiten nie so leicht wieder eingesogen werden, als solche, welche im Zellgewebe oder andern Theilen angehäuften sind, so muß die erste Sorge dahin gerichtet sein, daß man das Wachsen der Geschwulst verhindert: dieses geschieht durch äußerlich angebrachte zusammenziehende Mittel.

Comper hat durch äußere zertheilende spirituöse mit Kampher versetzte Mittel die Geschwülste der Schleimsäcke, wenn sie nicht veraltet waren, geheilt. Wo dieses aber zu spät ist, und die Zertheilung nicht gelingt, rathet er den Schleimsack mit dem Messer, dem Troikar oder einem Aetzmittel zu öffnen. Aus dem Schleimbalg unterhalb dem Knie, welcher zur Größe eines Kinderkopfes aufgetrieben war, ließ er mit dem Troikar 16 Unzen einer durchsichtigen, röthlichen, etwas zähen Feuchtigkeit heraus. In der Höhle des Schleimbalgens hatten sich mehrere häutige Zellen gebildet, die untereinander zusammenhängen und mit einemale entleert wurden. Die Geschwulst fiel nach und nach ganz zusammen und wurde

naceae natae erant, inter se cohaerentes, quarum humor omnis vna operatione emittebatur. Tumor sensim concidit et penitus sanatus est. Similem in viro quodam tumorem natum contusione e lapsu, ad olecranon vidit oui anserini amplitudine. Tumor mollis erat atque ad pressum resiliens, et super parte eius inferiore cutis in plicas ibat. Quem cum CAMPERUS incisione longiori discindi curasset, flocculis multis ramosis, gelatinosis, pellucidis exitum parauit. Euacuata bursa linteo carpto implebatur, et suppuratione per digestium excitata feliciter tumor sanabatur.

Tumores bursarum rheumatici frictionibus, inuolutionibus in pannum laneum, balneis stillatiis, aut epispasticis denique, sanantur. Etiam lotio ex aceto, in quo sal ammoniacum solutum erat, medicamentorum internorum vsum egregie adiuvat. Quodsi hisce modis tumores discuti non possunt, acu paracentica aut cultro aperiendi sunt.

Ac mihi quidem in puero contigit insignem bursae supra genu tumorem, qui iam tres annos durauerat, originis scrophulosae, hoc pacto intra sex menses sanare, vt, praeter medicamenta interna, lotiones ex aceto bryoniae quotidianas et deligationem aptam adhiberem.

Tumores frigidi bursarum, iique duri, quos ganglia vocant, tritu et ope emplastrorum variorum discutientium, vngentorum, aut liquorum, qui spirituosi dicuntur, sanati fuerunt. Saepe tamen his cunctis remediis pertinaciter resistunt. Pressus tumoris continuus, v. c. laminis plumbeis in tumorem ligatis, saepe etiam cum fructu adhibitus est. Tutissime tamen dirumpi saccus videtur. Id ictu vehementi fit, ad quem aptissime lignum planum adhibetur. Tunc in cellulosa telam humor compellitur, et facile sorbetur. Vnum exemplum in articulo carpi vidi huiusmodi tumoris, ouum gallinaceum magnitudine aequantis, qui cochleari ligneo percussus euauit. Atque

völlig geheilt. Eine ähnliche Geschwulst am Ellbogenknorren, die bis zur Größe eines Gänseeies gediehen war, sah er bei einem Manne nach einem Falle und damit verbundener Quetschung entstanden. Die Geschwulst war weich und elastisch, über dem untern Theile derselben zeigte sich aber die Haut faltig. Er ließ sie durch einen länglichen Schnitt trennen, und verschaffte dadurch einer Menge ästiger gelatinöser durchsichtiger Flocken den Ausgang. Als der Schleimbalg entleert war, wurde er mit Karpie ausgefällt, durch ein Digestiv zur Suppuration gebracht, und auf diese Art die Geschwulst glücklich geheilt.

Rheumatische Geschwülste der Schleimsäcke werden durch Frictionen, Einwickelungen in Flanell, Tropfbäder oder Zugmittel geheilt. Auch das Waschen mit Essig, in welchem Salmiak aufgelöst worden, hat neben dem Gebrauche innerlicher Mittel gute Dienste geleistet. Gelingt aber auf diesen Wegen die Zertheilung nicht, so müssen sie durch den Troikar oder das Messer geöffnet werden.

Bei einem Knaben gelang es mir eine beträchtliche Anschwellung des Schlämbalges oberhalb dem Knie, wel-

che schon drei Jahre lang gedauert hatte, und scrophulösen Ursprunges war, neben dem Gebrauche innerer Mittel, durch tägliches Waschen mit Zannrübenessig und einem schicklichen Verbands in Zeit von einem halben Jahre zu heilen.

Die kalten harten Geschwülste der Schleimsäcke, oder die sogenannten Ueberbeine, sind durch Reiben und vermittelst allerlei zertheilender Pflaster, Salben oder geistiger Flüssigkeiten geheilt worden. Oeffters aber widerstehen sie alle diesen Mitteln hartnäckig. Ein anhaltend fortgesetzter Druck auf die Geschwulst, z. B. durch darauf gebundene Bleiplatten ist auch oft mit Nutzen gebraucht worden. Am zuverlässigsten aber scheint die Zerreißung des Sackes zu sein, und diese kann man durch einen heftigen Schlag, am besten mit einem flachen Holze, auf die Geschwulst bewirken. Die Feuchtigkeit wird alsdenn in das Zellgewebe gedrängt und leicht eingesaugt. In einem Falle sah ich eine solche Geschwulst am Handgelenke von der Größe eines Hühneroies, durch einen Schlag mit einem hölzernen Löffel verschwinden, und es sind mir mehrere Fälle von dieser Art bekannt, wo der Erfolg immer glücklich war. Das letzte Mittel zur Heilung

huius quidem generis in pluribus caussis pariter prospere successisse rem noui. Denique ad sanandos hosce tumores incisura aut punctura vtuntur. Qui enim integri excidendi tumoris suasores exstiterunt, vix probandi sunt. Nam vel sola scalpelli incisio, quo loco plures tendines prope huiusmodi tumorem sunt, periculosa est. Itaque WARNERUS suadet vnam tantummodo sacci partem recidere, reliquam suppurationi delendam relinquere. BELLIO contra magis placet bursam locis duobus aperiri, perque patentia loca duci setaceum tenue. Ac filum quidem ille vult specillo obtuso traici, neque diutius in plaga relinqui, quam modica inflammatione oborta. Tum enim iubet extrahi filum, et reliquam medicinam pressu idoneo aptisque fasciis absolui. Quod si aliqua membri mouendi difficultas restiterit, hanc facile fomentationibus emollientibus, frictionibus et balneis vaporum tolli posse.

Ex arcta illa copulatione qua bursae mucosae, et capsulae articulares, et tendines inter se continentur, perspicuum fit, qua ratione partibus mollibus contusis, tendinibusque et ligamentis articularibus violenter expansis, bursae quoque mucosae detrimentum capiant inque tumores cum dolore inflammatos abeant.

Atque in hac quidem causa principio hirudines et modica venaesectio et fomenta frigida prodesse possunt. Aucto vero magis magisque tumore et motu membri impedito, breuissima via haec est, vt incidatur saccus. Ita humor, quo turget, euacuatur; tum autem, suppuratione sufficiente, vt coalescant partes, curatur.

Postremo monendum mihi videtur in articulis tumidis et praeter naturam expansis eas potissimum bursas mucosas in morbi communionem trahi, quae per aperturam in articulos patent. Bursarum huiusmodi tumentium incisio nequam acceleranda est,

dieser Geschwülste ist die Oeffnung durch den Schnitt oder Stich. Denn das Ausschalen der ganzen Masse, welches man vorgeschlagen hat, möchte nicht rathsam sein. Schon die Eröffnung mit dem Messer, ist da wo viele Sehnen in der Nähe einer solchen Geschwulst sind bedenklich. Warner giebt daher den Rathe nur einen Theil des Sackes wegzuschneiden und das übrige durch die Vereiterung wegzuschaffen, Bell aber schlägt vor, den Schleimsack an zwei Stellen zu eröffnen, und dann durch diese Oeffnung ein dünnes Haarseil einzubringen. Die Schnur muß mit einer stumpfen Sonde durchgezogen werden und nur so lange darin bleiben, bis eine mäßige Entzündung erregt ist, alsdann wird sie hinweggenommen, und die Heilung durch einen zweckmäßigen Druck und schicklichen Verband beendigt. Sollte ja nach dieser Operation einige Steifigkeit zurückbleiben, so kann diese leicht durch erweichende Bähungen, Frictionen und Dampfbäder gehoben werden.

Bei der genauen Verbindung, in welcher Schleimsäcke, Gelenkkapseln und Sehnen mit einander stehen,

kann man sich leicht vorstellen, wie bei Quetschung der weichen Theile und bei gewaltsamen Ausdehnungen der Flechten und Gelenkbänder auch die Schleimsäcke leiden, und schmerzhaft entzündete Geschwülste werden können.

Gleich zu Anfange können hier Blutigel und eine mäßige Aderlasse sowohl als kalte Fomentationen von Nutzen sein. Wenn aber die Geschwulst immer mehr überhand nimmt und das Glied zur Bewegung ungeschickter wird, so ist die Operation der kürzeste Weg. Man öffnet nemlich den Schleimsack durch einen Schnitt um die darinnen enthaltene Feuchtigkeit auszuleeren, und sucht durch eine hinlängliche Suppuration die Vernarbung zu bewirken.

Zum Beschlufs glaube ich noch darauf aufmerksam machen zu müssen, daß bei den Anschwellungen und widernatürlichen Ausdehnungen der Gelenke vorzüglich diejenigen Schleimsäcke mit leiden, die durch Oeffnungen mit dem Gelenke in Verbindung stehen. Wenn solche Schleimsäcke angeschwollen sind, braucht man sich

cum, ex *BELLI* experientia, humores morbosi satis diu sine insigni tetrimento in cavis articularum retineantur. Quam circumspecte autem agendum sit in cavis articularum incidendis, exemplum illud supra a *MONROO* narratum testatur, in quo post incisum tumorem bursae mucosae genu adeo vehemens inflammatio cooriebatur, vt amputari pedem necesse esset.

mit der Operation um so weniger zu übereilen, da nach *Belle* Erfahrung krankhafte Feuchtigkeiten eine geraume Zeit hindurch ohne beträchtlichen Nachtheil in den Gelenkhöhlen verhalten sein können. Wie vorsichtig man aber mit der Eröffnung der Gelenkhöhlen verfahren muß,

das beweiset der oben von *Monro* erzählte Fall, wo nach der Operation einer Schleimbalgeschwulst am Knie eine so heftige Entzündung entstand, dafs das Glied abgenommen werden mußte.



SECTIO DECIMA.

ZEHENTER ABSCHNITT.

FIGURARUM EXPLICATIO.

Erklärung der Abbildungen.

Tabula Prima.

Caput anterius, cui pars trunci adhaeret. Integumenta externa maximam partem remota sunt, musculis faciei non explicatis. Bursae mucosae in hac tabula, vt in caeteris omnibus, ita depictae sunt, quasi essent inflatae.

A. Dextri lateris orbita, cuius omni ambitu palpebrae resectae sunt, vt musculus obliquus superior oculi cum bursa sua mucosa clarissime fieret conspicuus.

B. Prominens arcus zygomaticus.

C. Pars externa cartilaginea meatus auditorii in dextro latere.

D. D. Cartilago thyroidea.

E. Arteria aspera.

F. Manubrium sterni.

G. Clavicula dextri lateris, seiuncta a sterno et sursum tracta.

H. Costa prima eiusdem lateris.

I. Cartilago primae costae.

K. Clavicula sinistri lateris.

L. Bulbus oculi in dextro latere.

M. Parotidis pars.

N. N. Loca, vbi glandulae submaxillares resectae sunt.

O. Glandula thyroidea.

P. Musculus obliquus superior oculi.

Q. Extremus tendo anterior musculi obliqui superioris oculi, vbi in bulbo oculi terminatur.

R. R. R. R. Eae sternomastoidei portiones, quae sterno adnexae sunt.

S. S. S. S. Cleidomastoidei in vtroque latere ea pars, quae a clavicula et costa prima oritur. In dextro latere, musculus vbi claviculae et costae primae inseritur, dissectus est.

T. Musculus subclavius insertione sua in cartilaginem costae primae resectus et vna cum clavicula nonnihil sursum tractus.

U. Scalenii.

V. Pars cucullaris musculi in dextro latere.

W. W. Venter posterior biventris maxillae inferioris.

X. X. Venter anterior biventris maxillae inferioris.

Y. Stylohyoideus, qui a tendine biventris maxillae perforatur.

Z. Ambo geniohyoidei.

aa. Omohyoideus in vtroque latere.

bb. Sternohyoideus in dextro latere dissectus parte superiore sursum posita, inferiore extrorsum tracta.

cc. Sternohyoideus sinistri lateris dissectus.

dd. Thyrohyoideus vtriusque lateris.

Erste Kupfertafel.

Die vordere Ansicht eines Kopfes mit einem Theile vom Rumpfe. Die äußeren Bedeckungen sind größtentheils hinweggenommen, die Muskeln des Gesichtes aber nicht entwickelt worden. Die Schleimsäcke sind hier, so wie in allen folgenden Tafeln so vorgestellt, als wenn sie aufgeblasen wären.

A. Die Augenhöhle der rechten Seite, an deren Umfange die Augenlider weggenommen worden sind, um den Augenrollmuskel mit seinem Schleimsacke recht sichtbar zu machen.

B. Der hervorstehende Jochbogen.

C. Der äußere knorpelige Theil des Gehörganges auf der rechten Seite.

D. D. Schilddrüse des Kehlkopfes.

E. Die Luftröhre.

F. Die Handhabe des Brustbeines.

G. Das Schlüsselbein der rechten Seite, welches von seiner Verbindung mit dem Brustbeine getrennt und in die Höhe gezogen ist.

H. Die erste Rippe derselben Seite.

I. Knorpel der ersten Rippe.

K. Das Schlüsselbein der linken Seite.

L. Der Augapfel der rechten Seite.

M. Ein Theil der Speicheldrüse.

N. N. Stellen, wo die Klümpchen der submaxillären Drüsen weggenommen worden sind.

O. Die Schilddrüse.

P. Der Augenrollmuskel.

Q. Die Endigung der vordern Sehne des Augenrollmuskels an dem Augapfel.

R. R. R. R. Die aus Brustbein befestigten Portionen des Kopfnickers.

S. S. S. S. Die vom Schlüsselbeine und der ersten Rippe entspringende Portion des Kopfnickers, von beiden Seiten, auf der rechten ist der Muskel bei seiner Anfügung an das Schlüsselbein und die erste Rippe durchschnitten.

T. Der Schlüsselbeinmuskel, welcher von seiner Insertion an den Knorpel der ersten Rippe abgetrennt, und mit dem Schlüsselbeine etwas in die Höhe gezogen worden ist.

U. U. Die Rippenhalter.

V. Ein Theil des Kiefern Muskels der rechten Seite.

W. W. Hinterer Bauch des zweibäuchigen Kiefern Muskels.

X. X. Vorderer Bauch des zweibäuchigen Kiefern Muskels.

Y. Der Griffelzungenbeinmuskel, welcher von der Sehne des zweibäuchigen Kiefern Muskels durchbohrt wird.

Z. Die beiden Kieferzungenbeinmuskeln.

aa. Der Rückwärtszieher des Zungenbeins von beiden Seiten.

bb. Der Niederzieher des Zungenbeins von der rechten Seite, welcher durchschnitten ist, das obere Stück ist aufwärts geschlagen, das untere aber nach außen gezogen.

cc. Der durchschnittenen Niederzieher des Zungenbeins von der linken Seite.

dd. Der Schildzungenbeinmuskel von beiden Seiten.

- ee. Sternothyroideus vtriusque lateris.
 f. Pars portionis clavicularis, musculi pectoralis maioris.
 g. Pars portionis sternalis, musculi pectoralis maioris.
 1. Trochlea cartilaginea, quam percat tendo musculi obliqui superioris oculi.
 2. Bursa vaginalis, in qua pars tendinis musculi obliqui superioris oculi sita est.
 3. Bursa vesicularis musculi biventris maxillae inferioris.
 4. Bursa vesicularis, quae sub ambobus tendinibus sternothyroideorum est.
 5. Bursa vesicularis musculi subclavii.

Tabula Secunda.

Caput osseum pueri quindecim annorum, eo situ positum, quo eius superficies inferior a dextro latere conspicitur.

- A. Orbitae dextrae particula.
 B. Os maxillare superius dextri lateris.
 C. Condylus maxillae inferioris dextri lateris.
 D. Pars condyli maxillae inferioris sinistri lateris.
 E. Os temporum dextri lateris.
 F. Os parietale dextri lateris.
 G. Os occipitale.
 H. Processus mastoideus ossis temporum dextri lateris.
 I. Condylus dexter ossis occipitis.
 K. Particula condyli sinistri ossis occipitis.
 L. L. Processus palatinus vtriusque ossis maxillaris superioris.
 M. M. Processus palatinus vtriusque ossis palatini.
 N. Ala maior dextra ossis sphenoidi.
 O. Vomer.
 P. Corpus ossis sphenoidi.
 Q. Processus basilaris ossis occipitis.
 a. Ala externa dextra processus alaris ossis sphenoidi.
 bb. Processus sphenoidaliss ossis palatini.
 cc. Hamulus processus pterygoidi ossis sphenoidi ex utroque latere.
 d. Foramen oronale dextri lateris.
 e. Foramen spinosum eiusdem lateris.
 f. Processus spinosus ossis sphenoidi in eodem latere.
 g. Apertura meatus auditorii externi eiusdem lateris.
 h. Processus styloideus dextri lateris.
 i. Apertura externa canalis carotici dextri.
 k. Foramen iugulare dextrum.
 l. Portio externa masseteris, quae aequae atque interna separata est a maxilla inferiori et reclinata super arcum zygomaticum.
 m. Portio interna masseteris.
 n. Rosectus a palato extremus musculus circumflexus palati.
 o. Pars carnea circumflexi musculi palati.
 p. Musculus pterygoideus internus.
 q. Venter posterior biventris maxillae inferioris.

- ee. Der Niederzieher des Kehlkopfes von beiden Seiten.
 f. Ein Theil der an das Schlüsselbein befestigten Portion des großen Brustmuskels.
 g. Ein Theil der an das Brustbein befestigten Portion des großen Brustmuskels.
 1. Knorpelige Rolle, durch welche die Sehne des Augenrollmuskels geht.
 2. Schleimscheide, in welcher ein Theil der Sehne vom Augenrollmuskel liegt.
 3. Schleimbalg des zweibäuchigen Kliefmuskels.
 4. Schleimbalg, welcher unter den beiden Sehnen der Niederzieher des Zungenbeines liegt.
 5. Schleimbalg des Schlüsselbeinmuskels.

Zweite Kupfertafel.

Der Schädel eines fünfzehnjährigen Knaben, so gestellt, wie man die untere Fläche desselben von der rechten Seite erblickt.

- A. Etwas von der rechten Augenhöhle.
 B. Oberkieinbackenbein der rechten Seite.
 C. Gelenkknopf des Unterkiefers von der rechten Seite.
 D. Etwas vom Gelenkknopf des Unterkiefers der linken Seite.
 E. Das Schlafbein der rechten Seite.
 F. Das Scheitelbein der rechten Seite.
 G. Das Hinterhauptbein.
 H. Der Warzenfortsatz des Schlafbeines der rechten Seite.
 I. Der Gelenkfortsatz des Hinterhauptbeines von der rechten Seite.
 K. Etwas vom Gelenkfortsatz des Hinterhauptbeines der linken Seite.
 L. L. Gaumenfortsatz des Oberkieinbackenbeines auf beiden Seiten.
 M. M. Gaumenfortsatz des Gaumenbeines auf beiden Seiten.
 N. Der große Flügel des Keilbeines auf der rechten Seite.
 O. Der Pflugschaar.
 P. Der Körper des Keilbeines.
 Q. Der Grundfortsatz des Hinterhauptbeines.
 a. Der äußere Flügel vom Flügelfortsatz des Keilbeines der rechten Seite.
 bb. Der Keilfortsatz des Gaumenbeines.
 cc. Der Flügelhaken des Keilbeines von beiden Seiten.
 d. Das runde Loch auf der rechten Seite.
 e. Das Stachelloch auf derselben Seite.
 f. Der Stachelfortsatz des Keilbeines auf derselben Seite.
 g. Eingang des äußeren Gehörganges auf derselben Seite.
 h. Der Griffelfortsatz.
 i. Der äußere Eingang zum Canale der Kopfschlagader der rechten Seite.
 k. Das Drosseladerloch der rechten Seite.
 l. Die äußere Portion des Käuermuskels, welche, so wie die innere, vom Unterkiefer losgetrennt und über den Jochbogen zurückgelegt ist.
 m. Die innere Portion des Käuermuskels.
 n. Vom Gaumen abgeschaltenes Ende des Gaumenspanners.
 o. Fleischmasse des Gaumenspanners.
 p. Der innere Flügelmuskel.
 q. Der hintere Bauch des zweibäuchigen Kliefmuskels.

7. Pars trachelomastoidei.
 8. Pars splenii.
 9. Ciclidomastoidei pars extrema reclinata.
10. Sternomastoidei pars extrema reclinata.
1. 2. Bursae vesiculares sub massetere sitae.
 3. Bursa vesicularis circumflexi palati.
 4. Bursa vesicularis ventris posterioris bisentris maxillae inferioris.

Tabula Tertia.

Interior facies scapulae lateris sinistri, claviculae, partis ossis humeri vna cum articulis, quibus haec ossa inter se neectantur.

- A. Clavicula.
 B. Superficies interna scapulae.
 C. Collum scapulae.
 D. Processus coracoideus.
 E. Acromium.
 F. Caput ossis humeri.
 G. Corpus ossis humeri.
 a. a. a. Capsula articularis ossis humeri.
 b. Ligamentum acromio-coracoideum.
 c. Ligamentum trapezoides.
 d. Ligamentum conoideum.
 e. Musculus infraspinatus prope insertionem resectus.
- f. Origo communis musculi pectoralis minoris, coracobrachialis et ventris brevioris bicipitis brachii.
- g. Tendo teretis maioris resectus et extorsum reclinatus.
- h. Tendo latissimi dorsi extorsum reclinatus.
 i. Bursa vesicularis maior muscoli infraspinati.
 k. Bursa vesicularis minor muscoli infraspinati.
 l. Bursa vesicularis claviculae.
 m. Bursa vesicularis acromii.
 n. Bursa vesicularis musculi coracobrachialis.
 o. Bursa vesicularis musculi pectoralis minoris.
 p. Bursa vaginalis capitis longi musculi bicipitis.
- q. Bursa vesicularis teretis maioris.
 r. Bursa vesicularis latissimi dorsi.

Tabula Quarta.

Articulus humeri sinister, exterioro latere exhibitus.

- A. Spina scapulae.
 B. Superficies triangularis scapulae.
 C. Acromium.
 D. Fossa supraspinata.
 E. Fossa infraspinata.

- r. Ein Stück vom Nackenwarzenmuskel.
 s. Ein Stück vom halschähnlichen Kopfmuskel.
 t. Das zurückgeschlagene Ende von dem an das Schlüsselbein und die erste Rippe befestigten Theile des Kopfnickers.
 u. Das zurückgeschlagene Ende von dem an das Brustbein befestigten Theile des Kopfnickers.
 1. 2. Die unter dem Kämmuskel liegenden Schleimbälge.
 3. Der Schleimbalg des Gaumenspanners.
 4. Der Schleimbalg für den hintern Bauch des zweibäuchigen Kiefermuskels.

Dritte Kupfertafel.

Das Schulterblatt der linken Seite, mit dem Schlüsselbeine und einem Stück des Oberarmbeines nebst den Gelenken, durch welche diese Knochen verbunden sind, und den dazwischen liegenden Schleimsäcken, von innen angesehen.

- A. Das Schlüsselbein.
 B. Die innere Fläche des Schulterblattes.
 C. Der Hals vom Gelenktheile des Schulterblattes.
 D. Der Hocken des Schulterblattes.
 E. Die Schulterhöhe.
 F. Der Kopf des Oberarmbeines.
 G. Der mittlere Theil des Oberarmbeines.
 a a a. Gelenkkapsel des Oberarmbeines.
 b. Das eigene vordere Schulterband.
 c. Das viereckige Band.
 d. Das kegelförmige Band.
 e. Der nahe an seiner Insertion abgeschnittene Unterschulterblattmuskel.
 f. Der gemeinschaftliche Ursprung des kleinen Brustmuskels, des Hackenarmmuskels und des kürzeren Bauches vom zweibäuchigen Armmuskel.
 g. Die abgeschnittene und auswärts gekehrte Sehne des großen runden Armmuskels.
 h. Die auswärtsgekehrte Sehne des breiten Rückenmuskels.
 i. Der größere Schleimbalg unter dem Unterschulterblattmuskel.
 k. Der kleinere Schleimbalg des Unterschulterblattmuskels.
 l. Der Schleimbalg des Schlüsselbeines.
 m. Der Schleimbalg der Schulterhöhe.
 n. Der Schleimbalg des Hackenarmmuskels.
 o. Schleimbalg des kleinen Brustmuskels.
 p. Schleimscheide für den langen Kopf des zweibäuchigen Armmuskels.
 q. Schleimbalg des großen runden Armmuskels.
 r. Schleimbalg des breiten Rückenmuskels.

Vierte Kupfertafel.

Das Schultergelenk der linken Seite von der äußeren Seite dargestellt.

- A. Die Gräte des Schulterblattes.
 B. Die dreieckige Fläche des Schulterblattes.
 C. Die Schulterhöhe.
 D. Die Vertiefung über der Gräte.
 E. Die Vertiefung unter der Gräte.

- F. Caput ossis humeri capsula articulari obductum.
 G. Corpus ossis humeri.
 H. Tendo musculi infraspinati.
 I. Superficies interna infraspinati, a scapula separati et reclinati.
 K. Teres minor.
 L. Bursa vesicularis infraspinati.

Tabula Quinta.

Sinistri lateris articulus cubiti, et carpi articulus ab interno latere spectati cum bursis eorum locorum mucosis. In figura secunda musculi cubiti, paulum super articulo carpi, resecti sunt, et ligamentum carpi proprium super tendinibus flexorum sublatum.

Figura prima.

- A. Os humeri extremum inferius.
 B. Pars superior vlnae.
 C. Pars superior radii.
 D. Ligamentum capsulare articuli cubiti.
 E. Condylus ossis humeri internus sub ligamento capsuli translucens.
 F. Condylus ossis humeri externus sub capsula transparentis.
 G. Pars ligamenti interossei brachialis.
 H. Tendo radialis externi longi.
 I. Tendo bicipitis versus interiora reclinatus.
 K. Bursa mucosa vesicularis musculorum radialium externorum.
 L. Bursa vesicularis bicipitis.

Figura altera.

- A. Pars inferior vlnae.
 B. Pars inferior radii.
 C. Ligamentum interosseum antibrachii.
 D. Pronator quadratus.
 E. Vlnaris internus.
 F. G. H. Tendines tres, in quos caro flexoris sublimis dispescitur.
 I. Tendo flexoris digitorum sublimis ad digitum minimum pertinens.
 K. Tendo flexoris sublimis digitorum ad annularem digitum pertinens.
 L. Tendo flexoris sublimis digitorum ad digitum medium pertinens.
 M. Tendo flexoris sublimis digitorum ad indicem pertinens.
 N. Tendo flexoris profundi in digito minimo.
 O. Tendo flexoris profundi in digito annulari.
 P. Tendo flexoris profundi in digito medio.
 Q. Radialis internus.
 R. Flexor pollicis longus.
 S. Abductor pollicis longus.
 T. Abductor digiti minimi.
 U. Flexor digiti minimi.
 V. Abductor brevis pollicis.

- F. Der mit der Gelenkkapsel überzogene Kopf des Oberarmbeines.
 G. Der mittlere Theil des Oberarmbeines.
 H. Die Sehne des Untergrätmmuskels.
 I. Die innere Fläche des vom Schulterblatte abgetrennten und zurückgeschlagenen Untergrätmmuskels.
 K. Der kleine runde Armmuskel.
 L. Der Schleimbalg des Untergrätmmuskels.

Fünfte Kupfertafel.

Das Ellbogengelenk und Handgelenk der linken Seite mit den dazwischen befindlichen Schleimsäcken, von der innern Seite angesehen. In der zweiten Figur sind die Muskeln am Vorderarme etwas über dem Handgelenke abgeschnitten, und das eigene Handwurzelband über den Sehnen der Beugemuskeln weggenommen worden.

Erste Figur.

- A. Das untere Ende des Oberarmbeines.
 B. Der obere Theil der Ellbogenröhre.
 C. Der obere Theil der Speiche.
 D. Das Kapselband des Ellbogengelenkes.
 E. Der unter dem Kapselbande durchscheinende innere Gelenkhügel des Oberarmbeines.
 F. Der unter dem Kapselbande durchscheinende äußere Gelenkhügel des Oberarmbeines.
 G. Ein Theil der zwischen den Vorderarmknochen befindlichen Membran.
 H. Sehne des langen äußeren Speichenmuskels.
 I. Die nach der innern Seite zurückgeschlagene Sehne des zweibäuchigen Armmuskels.
 K. Schleimbalg der äußeren Speichenmuskeln.

L. Schleimbalg des zweibäuchigen Armmuskels.

Zweite Figur.

- A. Der untere Theil der Ellbogenröhre.
